tur. locutus eſt ieſus ad turbas ⁊ ad diſci. ſu
os. Infructuoſum nāq; eſt verbū in quo ſic
alter confundit: vt alter nō erudiat. ORI
GE. Sunt aūt meliores diſcipuli chriſti reli
qs turbis: ⁊ inuenis in eccleſijs quoſdā affe
ctuoſius accedētes ad verbū dei eſſe diſcipu
los chriſti: ceteros aūt populū eſſe ipſius: Et
iterdū q̄dā diſcipulis ſolis dicit: quedā vero
turbis: alia vo turbis ſimul atq; diſcipulis
ſicut ſunt hec. vn̄ ſequitur: Dicēs ſup cathe/
drā moyſi ⁊c. Qui legē moyſi ꝓfitent ⁊ iter
pretari ſe gloriant hi ſedēt ſup cathedrā moy
ſi. Qui ergo nō recedūt a littera legis: ſcribe
dicunt. Qui aūt maius aliqd ꝓfitentes: diui
dūt ſeipſos quaſi meliores a multis: pharisei
dicunt: qd̓ iterpretat diuiſi. Qui aūt moyſen
ſm̄ ſpiritualē virtutē intelligunt ⁊ exponūt:
ſedent qdē ſup cathedrā moyſi: ſed non ſunt
ſcribe ⁊ pharisei: ſ; his meliores dilecti chri
ſti diſcipuli. Poſt aduentū aūt chriſti ſedent
ſup cathedram eccleſie: que eſt cathedra chri/
ſti. CHRY. ſuper matth. Videndum eſt
tn̄ quō qs ſuper cathedrā ſedeat: q2 nō cathe
dra facit ſacerdotem: ſed ſacerdos cathedrā:
non locus ſanctificat hoiem: ſed homo locū.
Ideoq; malus ſacerdos d̓ ſacerdotio ſuo cri
men acquirit: non dignitatem. CHRY.
in ho. Ne autem aliquis dicat: qm̄ propter
hoc deſidior factus ſum ad agendum q2 ma/
lus eſt doctor: hanc deſtruit occaſionem: cu;
ſubdit: Omnia ergo quecunq; dixe. vo. ſer.
⁊ facite. Non. n. ſua dicūt: ſed que dei ſunt:
que per moyſen deus in legem dedurit. Et
intuere quanto circa moyſen vtitur honore:
eam iterum que ad vetus eſt teſtamentu; cō
cordiā; oſtendens. ORIGE. Si aūt ſcri/
be ⁊ pharisei ſedentes ſup cathedram moyſi
ſunt iudeorum doctores ſm̄ litteram docen/
tes legis mādata: quō iubet nos dn̄s ſm̄ oīa
q̄ dicunt illi facere: cū apoſtoli in actibus ve/
tent fideles viuere ſm̄ litterā legis: Sed illi
docent ſm̄ litterā legem ſpiritualiter non in
telligētes. Quecunq; ergo dicūt nobis ex le
ge intelligētes ſenſum legis facimus ⁊ ſua/
mus: nequaq; faciētes ſm̄ opa eoꝝ. Nō. n.
ſicut lex docet faciūt nec itelligūt velamē eſſe
ſup litterā legis. Vel cū oīa audieris nō oīa
itelligas precepta legis: puta multa q̄ d̓ eſcis
ſunt ⁊ q̄ d̓ hoſtijs ⁊ ſilia: ſ; ea q̄ corrigūt mo
res. S; quare nō d̓ lege gratie hoc mādauit:
ſ; de doctrina moyſi: q2. ſ. nōdū erat tēp9 pre
cepta noue legis añ tēpus paſſionis manife
ſtare. Mihi aūt vr̄ q ⁊ aliqd aliud prediſpē
ſans hoc dicit: q2. n. accuſaturus erat ſcribas
⁊ phariſeos in ſequentibus ſermonibus: ne
videretur apud ſtultos ex hoc eorum princi/
patu; cupere: vel propter inimicitiam hoc fa
cere: primum a ſe hanc ſuſpitione; remouet:
⁊ tunc eos incepit reprehendere: vt turbe nō
in eadem vitia incidant: ⁊ ideo ne exiſtiment
q quia debent eos audire: ideo eos debeant
in operibus imitari. Subditur enim. Secū/
dum vero opera eorum nolite facere. Quid
eſt autem doctore illo miſerabilius: cuius vi
tam diſcipuli cum non ſequuntur ſaluantur:
cu; imitantur perduntur. CHRY. ſuper
matthe. Sicut autem aurum de terra eligit:
⁊ terra relinquitur ſic ⁊ auditores doctrinam
accipiant ⁊ mores relinquāt. Frequenter. n.
de homine malo bona doctrina procedit: ſi/
cut autem. ⁊ ſacerdotes melius iudicant pro
pter bonos malos docere q̄; propter malos
bonos negligere: ſic ⁊ ſubditi ꝓpter bonos
ſacerdotes etiam malos honore;: ne propter
malos boni etiam contemnantur. melius eſt
. n. malis iniuſta preſtare q̄; bonis iuſta ſub
trahere. CHRY. in ho. Conſidera vero
vnde incipit eos reprehendere. Nam ſequi/
tur: Dicunt. n. ⁊ non faciunt. Maxime eni;
accuſatione dignus eſt: qui doctrine auctori/
tatem habens: legem tranſgreditur. primo q
de; q2 preuaricatur qui alios corrigere d;: de
inde q2 peccans maiore pena dignus eſt pp
honorē: tertio q2 plus corrūpit velut in ordi/
ne doctoris peccans. Rurſus autem ⁊ aliam
eorum reprehenſionem ponit: quoniam gra
ues ſunt ſibi ſubiectis. vnde ſequitur. Alli/
gant. n. onera grauia ⁊c. In quo duplicem
eorum malitiam oſtendit: vnam quidem in
hoc q ſine venia expetunt a ſubiectis ſum/
mam diligentiam vite: aliam vero in hoc q
ſibiipſis multam concedunt licentia;. Opor
tet autem bonum principem econtrario ſe ha
bere. in his enim que ſm̄ ſeipſum ſunt: gra/
uem iudicem eſſe. in ſubiectis aute; manſue
tum. Intende aūt qualiter ⁊ eorum reprehen
ſionē aggrauat. Nō eni dixit: Nō poſſunt:
ſ; Nolūt. neq; dixit. Portat: ſ; Digito mo
uet. i. neq; ꝑpe fieri neq; tāget. CHRY.
ſup matth. Et quide; quantū ad phariſeos ⁊

ſcribas de quibus loquitur: onera grauia ⁊ i
portabilia dicit legis mandata: de quibus pe
trus i actibus dicit: Ut quid vultis īponere
iugū ſup ceruices diſcipulorū: qd̓ neq̄ nos
neq̄ patres nr̄i portare potuimꝰ? Onera. n.
legis quibuſdam rationibus fabuloſis com/
mēdantes: auditoribus quaſi vincula ſuper
humeros cordis eoꝝ alligabant: vt velut rō/
nis vinculo conſtricti non reijcerent ea a ſe
Ipſi autem nec ex modica parte ea īplebant
.i. vt non dicant pleno opere: ſed nec modi/
co tactu. i. digito. GLO. Uel alligant one
ra. i. vndecunq̄ traditiones colligunt que cō
ſcientiam non leuant: ſed grauant. HIE/
RO. Humeri autem ⁊ digitus: ⁊ onera ⁊
vincula q̄bus alligāt onera: ſpiritaliter ſunt
intelligenda. Hic etiam generaliter dominꝰ
aduerſus omnes magiſtros loquitur. q grā
dia iubent ⁊ minora non faciūt. CHRY.
ſuper matth. Tales autē ſunt qui graue pō
dus veniētibus ad penitentiam imponunt:
⁊ ſic dū pena preſens fugitur: contemnitur
pena futura. Si. n. faſcem ſuper humeros
adoleſcentis quē non pōt baiulare poſueris:
neceſſe hꝫ vt aut faſcē reijciat: aut ſub ponde
re confringatur: ſic ⁊ homini cui graue pon
dus penitentie imponis: neceſſe eſt vt aut pe
nitentiam reijciat: aut ſuſcipiens dum ſuffer
re non poteſt: ſcandalizatus amplius peccet.
Deinde ⁊ ſi erramus modicam penitentiam
imponentes nonne melius eſt propter miſe
ricordiam reddere rationem q̄ꝫ propter cru/
delitatem? vbi paterfamilias largus eſt: di/
ſpenſator non debet eſſe tenax. Si deus be/
nignus vt quid ſacerdos eius auſterꝰ? Uis
apparere ſanctus? circa tuam vitam eſto au/
ſterus: circa aliorū benignus. audiant te ho
mines parua mandantem ⁊ grauia facientē.
Talis eſt autem ſacerdos qui ſibi indulget
⁊ alios exigit: quemadmodum malus deſcri
ptor tributi in ciuitate qui ſe releuat ⁊ onerat
tribuentes.

¶ Omnia vero opera ſua faciunt vt
videātur ab hominibus Dilatant. n.
philateria ſua: ⁊ magnificant fimbrias
Amant autem primos recubitus in ce
nis: ⁊ primas cathedras in ſynagogis:
⁊ ſalutationes in foro: ⁊ vocari ab ho
minibus rabbi. Uos autē nolite vo
cari rabbi. Unus ē. n. magiſter veſter
omnes autem vos fratres eſtis. Et pa
trem nolite vocare vobis ſuper terrā.
vnus eſt. n. pater veſter qui in celis eſt.
Nec vocemini magiſtri: q2 magiſter
veſter vnus eſt chriſtus. Qui maior ē
veſtrum: erit miniſter veſter. Qui au
tem ſe exaltauerit humiliabitur ⁊ qui
ſe humiliauerit exaltabitur.

CHRY. in ho. Supra dominꝰ arguerat
ſcribas ⁊ phariſeos crudelitatis ⁊ negligen
tie: ꝯſiter aūt arguit eos inanis glorie q̄ fecit
eoſ a deo recedeꝛ: vn̄ dic̄. Oīa āt opa ſua fa.
vt vide. ab hoībus. CHRY. in ho. In oī
re naſcitur q̄ ipſā exterminat: ſicut ex ligno
vermis: ⁊ ex veſtimento tinea. vn̄ ſacerdotū
miniſteriū q poſiti ſunt ad edificationē ſancti
tatis corrūpere diabolus nitiꝛ: vt hoc īpm bo
num dū ꝑꝑ hoīes fit: fiat malū. Tolle hoc vi
tiū de clero: ⁊ ſine labore oīa reſecabis ex hoc
. n. fit vt difficile clerici peccātes pn̄iā agāt.
Uult aūt dn̄s i hoc oſtēdere cām ꝑꝑ quā nō
poterant credere chriſto: hoc eſt q2 oīa faciūt
vt videanꝛ ab hoībus. īpoſſibile. n. ē vt cre/
dat xp̄o celeſtia predicāti. q gloriā hoīum ꝯcu
piſcit terrenā. legi. n. aliquē ſic īterpretātem
hūc locū. ſuper cathedra. i. ī honore ⁊ gradu
quo fuerat moyſes ꝯſtituti ſunt ſcribe ⁊ pha
riſei indigne q ꝓphetantes de xp̄o venturo
ꝑdicabāt alijs: ipſi aūt non recipiebāt p̄ſītē:
ꝑꝑ hoc hortaꝛ populum audire legē quā pre
dicabāt. i. credere in chriſtū predicatū a lege:
⁊ nō imitari ſcribas ⁊ phariſeos īcredulos.
⁊ reddit cām quare predicabāt ex lege chriſtū
venturū. ⁊ nō credebāt in eū: q2. ſ. oīa opera
ſua faciunt: vt ab hoībus videanꝛ. i. q2 non
predicabant chriſtū venturū deſiderio aduen
tus eius: ſꝫ vt doctores legis eſſe ab hoībus
viderentur. ORIGE. Ad hoc aūt opera
ſua faciunt vt ab hoībus videantur: viſibilē
ſuſcipientes circunciſionem: ⁊ viſibiliter cor
poralia fermenta auferentes de domibus ſu
is: ⁊ ſimiliter his ſimilia agentes: xp̄i vo di
ſcipuli legē in occultis īplent quaſi ī occulto
ꝯſtituti iudei: vt apoſtolus dicit. CHRY.
in ho. Uide autem hic q̄ cū quadā ītentiōe

eos incuſat. Non enim ſimpliciter ait: ꝙ faciant opera ſua: vt videantur ab hominibus ſed addidit omnia. Deinde mõſtrat ꝙ neqꝫ in magnis vane gloriabantur: ſed in quibuſdam vilibus rebus. vnde ſubditur. Dilatãt .n. philateria ſua ⁊ magnificant fimbrias.

HIERO. Dominus .n. cuꝫ dediſſet mãdata legis per moyſen: ad extremum intulit. ligabis ea in manu tua: ⁊ erunt ſemper ante oculos tuos ⁊ eſt ſenſus. Precepta mea ſint in manu tua: vt opere compleantur. ſint ante oculos tuos: vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc phariſei male interpretantes ſcribebant in membranis decalogū moyſi .i. decem legis verba: complicantes ea ⁊ ligantes in fronte: ⁊ quaſi coronam capitis facientes: vt ſemper ante oculos mouerentur. Juſſerat quoqꝫ aliud moyſes vt in quattuor angulis palliorum hiacintinas fimbrias facerent ad iſraelem populuꝫ diſcernendum: vt quomodo in corporibus circunciſio ſignum iudaice gentis daret: ita veſtis haberet aliquam differentiam. Supſtitioſi vero magiſtri captãtes auram popularem: atqꝫ ex mulierculis captãtes lucra: faciebant grandes fimbrias ⁊ acutiſſimas in eis ſpinas ligabant: vt vꝫ ambulantes ⁊ ſedentes interdum pungerentur: ⁊ quaſi hac commonitione retraherẽtur ad miniſteria ſeruitutis dei. Pictatiola ergo illa d'calogi philateria vocabant .i. cõſeruatoria eo ꝙ quicunqꝫ habuiſſent ea: quaſi ob cuſtodiaꝫ ⁊ munimentum ſui haberent. Non intelligẽtibus phariſeis ꝙ hec in corde portãda ſunt non in corpore: alioquin ⁊ armaria ⁊ arce habẽt libros: ⁊ noticiã dei nõ hñt. CHRY. Illorum autem exemplo ⁊ nunc multi aliqua nomina hebraica angelorum confingunt ⁊ ſcribunt ⁊ alligant: que non intelligentibus metuenda videntur: quidam vero aliquam partem euangelij ſcriptam circa collum portant. Sed nonne quottidie euangelium in eccleſia legitur: ⁊ auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus poſita euangelia nihil proſunt quõ eum poſſunt circa colluꝫ ſuſpenſa ſaluare? Deinde vbi eſt virtus euangelij: in figuris litterarum: an in intellectu ſenſuum? ſi in figuris: bene circa colluꝫ ſuſpendis. ſi in ĩtellectu: ergo melius in corde poſita proſunt: ꝙ̃ circa collum ſuſpenſa. Alij vero ſic exponũt hunc locum: quia dilatabant verba ſua de ꝓprijs obſeruantijs: quaſi philateria .i. conſeruatoria ſalutis ea populo aſſidue predicãtes: Fimbrias autem veſtimentorum magnificatas dicit ſupereminentias eorundem mandatorum. HIERO. Cum autem ſuperflue philateria dilatant ⁊ magnas faciant fimbrias: gloriam captantes ab hominibus: conſequenter arguuntur in reliquis. vnde ſequit: Amant .n. primos accu. in ce. ⁊ primas cathe. in ſynago. RABA. Notanduꝫ ꝙ nõ ſalutari in foro: non primo ſedere vel diſcũbere vetat eos: quibus hẽ officij ordine cõpetit: ſed eos qui hec ſiue habita ſiue non habita indebite amãt a fidelibus: quaſi improbos docet eſſe cauendos. CHRY. Non enim vituperat eos qui in primo loco recumbunt: ſed eos qui amant primos diſcubitus: ad voluntatem vituperationem referens: non ad factuꝫ. Sine cauſa enim loco ſe humiliat: qui corde ſe prefert. aliquis enim iactator audiẽs laudabile eſſe in vltimo loco diſcumbere diſcumbit poſt omnes: ⁊ non ſolum iactantiaꝫ cordis non dimittit. ſed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit: vt qui vult videri iuſtus ⁊ humilis videatur. Multi enim ſuperbi corpore quidem in nouiſſimo recumbentes: cordis autem elatione videntur ſibi in capite recumbere: ⁊ multi ſunt humiles in capite recumbentes: ⁊ conſcientia ſe in vltimo eſſe exiſtimant. CHRY. in ho. Intẽde autem vbi in eis vana gloria dominabatur: in ſynagogis ſcilicet in quas intrabant: alios directuri. In cenis hoc pati qualitercunqꝫ tolerabile erat ꝙ̃uis doctorem in admiratione eſſe oporteat: non in eccleſia ſoluꝫ ſed vbiqꝫ. Si autem diligere talia eſt incuſatio ꝙ̃ malũ ẽ ſtudere: vt his aliqs potiatur. CHRY. ſuper matthe. Primas etiam ſalutationes amant non ſolum in tempore vt eos primuꝫ ſalutemus: ſed etiaꝫ in voce vt clamantes dicamus. Aue rabbi ⁊ in corpore vt flexis capitibus eis incuruemur: ⁊ in loco vt ĩ publico ſalutentur. vnde dicit. Et ſalutationes in foro. RABA. Quamuis in hoc culpa nõ careat ſi ijdem in foro litibus intereſſe qui in cathedra moyſi magiſtri ſynagoge cupiũt appellari: ⁊ vocari ab hominibus rabbi.

CHRY. ſuper mattheum .i. vocari volunt ⁊ non eſſe: nomen appetunt ⁊ officium negligunt. ORIGE. In eccleſia etiã xp̄i

invenīunt mēſaꝝ ſuſcipiētes pmatū vt dia/
cones fiāt: ꝯñter aūt pmas cathedras eoꝝ q
dñtur preſbyteri preripe ambiūt. qdā aūt ma
chinant vt cpi vocent ab hoīb⁹: hoc ē rabbi.
xp̄i aūt diſcipulus diligit qdē i ſpiritalib⁹ ce/
nis recubit⁹ pmos vt meliora ſpiritaliū cibo
rū māducet. Diligit ēt cū aplis ſedētib⁹ ſup
xij. thronos pmas cathedras: actib⁹ bonis di
gnū ſe prebere feſtinās cathedris huius. ſic
aūt ⁊ ſalutationes diligit q̄ fiūt i nūdinis ce/
leſtib⁹. i. celeſtib⁹ pmituoꝝ ꝯgregationib⁹.
Vocari aūt rabbi neq3 ab hoīb⁹ neq3 ab ali/
quo alio diligit iuſt⁹: q2 vn⁹ ē magiſter oīu3.
vñ ſubdit: vos autem nolite vocari rabbi.
CHRY. in ho. Vel aliter: Premiſſoꝝ
de qb⁹ phariſeos icuſauerat: alia qdē ſic par
ua ⁊ vilia ptermiſit. q̄ſi diſcipulis de his in/
ſtrui nō indigētib⁹; ſ3 qđ erat oīum maloꝝ
cā. i. thronū appetere magiſtralē h̄ i medium
ducit ad diſcipulos iſtruendū. vnde ſubdit:
Vos aūt nolite vo. rab. vn⁹ eſt eni magiſter
veſter. CHRY. ſup mat. q. d. Nolite vo
cari rabbi: ne qđ deo debet vobis pſumatis.
Nolite ⁊ alios vocar rabbi: ne diuinū bono
rē hoīb⁹ deferatis. Vn⁹ ē. n. magiſter oīu3
q oēs hoīes naturalr̄ docet. Si. n. hō hoīem
erudiret: oēs hoīes diſcerēt q hñt doctores.
nūc aūt q2 nō hō docet: ſ3 de⁹: multi qdē do/
cent: pauci aūt diſcūt. Nō. n. hō itellectū pre
ſtat hoī docēdo: ſ3 a deo pſtitū p admonitio/
nē exercet. HYLA. Et vt meminerint di/
ſcipuli ſe filios vni⁹ parētis: ⁊ p noue natiui
tatis generationē terreni ortus exceſſiſſe pri/
mordia ſubdit. Oēs autē vos fratres eſtis.
HIERO. ꝯtra heluidiū: Oēs aūt hoīes
affectu fratres dici pñt qđ in duo diuidit in
ſpāle ⁊ cōe. In ſpeciale q2 oēs xp̄iani fratres
vocant Porro in cōe: q2 oēs hoīes ex vno
patrē nati pari iter nos germanitate ꝯiungi/
mur. Sequitur: Et patrem nolite vocari ⁊c̄.
CHRY. ſup matth. In mundo enim q̄3/
uis homo hominē generet: tñ vnus eſt pater
qui oēs creauit. Non enim initium vite ha/
bemus ex parentibus: ſed tranſitu3 vite per
eos accipimus. ORIGE. Sed quis non
vocat patrem in terris qui p oēm actum ſm
deum impletū dicit: Pater noſter q es in ce
lis. GLO. Quia nō apparebat quis eſſet
oīum pater: in hoc qđ dixerat: Qui es in ce/
lis: vult exponere qs ſit oīum magiſter. vn/
de pceptū de magiſtro iteꝝ repetit dicēs: Ne
vocemini magiſtri q2 magiſter veſter vnus
eſt xp̄s. CHRY. in ho. Non tñ dū dicit
xp̄s magiſter: excludit pater: ſic neq3 ex hoc
q de⁹ pr̄ noſter: dr̄ hoīum pr̄: excludit xp̄s.
HIERO. Querit aūt quare aduerſu3 h
pceptū apl's doctorē gentiū ſe eſſe dixerit: aut
quō in monaſterijs vulgato ſermone ſe iui/
cem patres vocant: Quod ſic ſoluit: Aliud
eſt eſſe natura patrē vel magiſtrū: aliud idul
gentia. Nos ſi hoīem patrē vocamus: hono
rē etati deferimus: non auctorē noſtre oſten
dim⁹ vite. magiſter. n. dr̄ ex ꝯſortio veri ma
giſtri. ⁊ ne infinita replicē quō vnus p natu
rā deus: ⁊ vnus filius non pudicat ceteris
ne p adoptionē dij vocent ⁊ filij. ita ⁊ vnus
pr̄ ⁊ magiſter nō preiudicat alijs vt abuſiue
vocentur ⁊ patres ⁊ magiſtri. CHRY. in
ho. Non ſolū aūt dñs pmatus cupere prohi
bet: ſ3 ad ꝯtrium auditorē inducit. vñ ſubdit:
Qui maior eſt veſtrum: erit miniſter veſter.
ORIGE. Vel aliter. Et ſi miniſtrat qs
verba diuina: ſciens q2 xp̄s in eo fructificat:
nequaq̄3 ſe magiſtrū ſ3 miniſtrū pfitet. vnde
ſequit: Qui maior eſt veſtrū: erit miniſter ve
ſter. qm̄ ⁊ ipſe xp̄s cū eſſet vere magiſter: mi
niſtrū ſe eſſe pfeſſus eſt dicens: Ego ſum i
medio veſtrū quaſi q miniſtrat. bene aūt poſt
oīa qbus vane glorie vetauit ꝯcupiſcentia3:
addidit dicens: Qui aūt ſe exaltauerit humi
liabitur: ⁊ q ſe humiliauerit exaltabit. RE/
MI. Qđ ſic intelligit. Ois q ſe de ſuis me
ritis extollit: apud deum humiliabitur: ⁊ qui
ſe de beneficijs humiliat apud deū exaltabit.

¶ Feria. iiij. Mathei. xx. cap.

AScendens ieſus hieroſo
lymam aſſumpſit duode
cim diſcipulos ſuos ſecre
to: ⁊ ait illis: Ecce aſcen/
dimus hieroſolymam: ⁊
filius hominis tradetur principibus
ſacerdotum ⁊ ſcribis. ⁊ condemnabūt
eum morte: ⁊ tradent eu3 gentibus ad
illudendum. ⁊ flagellandu3: ⁊ crucifigē
dum: ⁊ tertia die reſurget.

CHRY. in ho. Dominus a galilea veni
ens non repente hieroſolymã aſcendit: ſed
ꝓus miracula fecit: phariſeos ↄfutauit: ⁊ di/
ſcipulos de vite perfectione ⁊ remuneratiõe
inſtruxit: nunc iam aſcenſurus hieruſalẽ rur
ſus eis de paſſiõe loquit̃. vnde dicitur. aſcẽ.
ie. hic. aſſum. duode. diſci. ſecreto. ORI.
In. xij. adhuc erat ⁊ iudas: adhuc. n. forſitã
dignus erat cũ alijs ſeorſum audire que paſ
ſurus erat magiſter. CHRY. ſuper mat.
Omnis autem ſalus hominũ in chriſti mor/
te poſita eſt: nec ẽ aliqd ꝑꝑ qđ magis deo gra
tias agere debeamus: q̃ȝ ꝑꝑ mortem ipſius.
Ideo. xij. apl'is in ſecreto mortis ſue annun
ciauit myſteriũ: q2 ſemꝑ precioſior theſaurus
in melioribus vaſis includit̃. Si aũt alij au/
diſſent paſſionem chriſti futuram: viri forſi/
tan turbarentur ꝑꝑ infirmitatem fidei: ⁊ mu
lieres ꝑꝑ mollitiẽ ſue nature: ex qua ĩ tali ne
gocio ad lachrymas excitant̃. CHRY. in
ho. Dictum eſt quideȝ ⁊ ad multos: tñ occul
te ſicut ibi: Soluite tẽplũ h̃. ⁊ ſignũ non da/
bit̃ ei: niſi ſignũ ione ꝓphete. Diſcipulis aũt
manifeſte expoſuit dicens: Ecce aſcendim⁹
hieroſolymam. CHRY. ſuper mat. Qđ
dicit Ecce: ↄſtantie ſermo eſt vt memoriam
preſentie huiuſmodi in cordibus recondant.
Dicit aũt Aſcẽdimus. ac ſi. d. Videte q2 vo
luntarie vado ad mortẽ. Cuȝ ergo videritis
me in cruce pendentẽ ne eſtimetis me homi
nem eſſe tñ: nã etſi poſſe mori: hoĩs eſt: vel/
le tñ mori: hoĩs nõ eſt. ORI. Hoc igitur
conſiderantes ſcire debemus: qm̃ frequẽter
etiam cognoſcentes qm̃ ⁊ tẽtationes aliquas
ſubituri ſumus: noſipſos offerre debemus:
ſed ſupra dictum eſt. Si quis vos perſecut⁹
fuerit in vna ciuitate fugite in aliam. ſapien
tis in chriſto eſt vt cognoſcat quale tempus
exigit declinationem quale autem obuiatõnẽ
periculorum. HIERO. Crebro autem đ
paſſione ſua diſcipulis dixerat: ſed quia mul
tis in medio diſputans poterat labi de me/
moria quod audierant: iturus hieroſolymã:
⁊ ſecũ ducturus apl'os ad tentationẽ eos pa/
rat: ne cum venerit ꝑſecutio ⁊ crucis ignomi
nia ſcandelizent̃. CHRY. ſuꝑ mat. Tri/
bulatio. n. cũ ſuꝑuenerit expectantib⁹ nobis
leuior inuenit̃ q̃ȝ eſſet futura ſi repentina ve
niſſet. CHRY. in ho. Predicit etiam eis
vt diſcant: qm̃ preſciens ad paſſionem venit
⁊ volens: ſed a principio quidem mortẽ pre
dixit eis ſolã. qñ autem exercitati ſunt addu/
cit alia. ſ. qm̃ tradidit eum gentibus. RA/
BA. Tradidit. n. iudas dominum iudeis:
⁊ ipſi tradiderunt eum gentibus. i. pilato ⁊
poteſtati romanorum. Ideo autem dñs ĩ mũ
do noluit ꝓſperari ſȝ grauia pati: vt oſtẽde/
ret nobis qui per delectationem cecidim⁹: cũ
qua amaritudine redire debeamus. vnde ſe/
quitur: Ad illu. ⁊ fla. ⁊ crucifigenduȝ. AV
GV. xviij. de ciui. dei: Paſſione oſtendit
qđ ſuſtinere ꝓ veritate: reſurrectione qđ ſpe
rare in trinitate debeamus. vñ dicit: Et ter.
di. re. CHRY. ĩ ho. Que qdẽ huius gra
tia dixit: vt cũ triſtia viderint: reſurrectioneȝ
expectarẽt: vnde ſubdit: Et ter. di. re. AV
GV. iiij. de ci. dei. Vna. n. mors. ſ. ſalua
toris ſm̃ corpus duabus mortibus: noſtris
ſaluti fuit. ſ. anime ⁊ corporis: ⁊ vna eius re
ſurrectio duas nobis reſurrectiones preſtitit
Hec autem ratio ſimplici ad duplum: oritur
quidem a ternario numero: vnũ qppe ⁊ duo
tria ſunt. ORIGE. Hic autem non refe
runt̃ diſcipuli dixiſſe aut feciſſe aliqđ: cũ au/
diſſent triſtia hec chriſto futura recordantes
que dominus dixit ad petrum: ne audiant ta
lia vel peiora. ⁊ nunc quidem qui diuinas lit
teras ſcire ſe arbitrantur ſcribe: condemnãt
ieſuȝ morte ⁊ in linguis ſuis flagellãt. ⁊ cru
cifigunt eum per hoc q2 tollere volunt doctri
nam ipſius. Ille autem paululum deficiens:
ſurgit apparẽs his q acceperũt poſſe videre.

¶ Tunc acceſſit ad eum mater filio/
rum zebedei cum filijs ſuis adorans ⁊
petens aliquid ab eo: Qui dixit ei.
Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeãt hi
duo filij mei vnus ad dexteram tuaȝ:
⁊ vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Re
ſpondens autem ieſus dixit: Neſcitis
quid petatis. Poteſtis bibere caliceȝ
queȝ ego bibiturus ſum? Dicunt ei:
poſſumus. Ait illis: Calicem quideȝ
meum bibetis: ſedere autem ad dexte
ram meam vel ad ſiniſtram non eſt me
um dare vobis: ſed quibus paratum ẽ
a patre meo.

HIERO. Quia poſt om̄ia dixerat dñs: Et tertia die reſurget putauit mulier poſt re/
ſurrectionem eum regnaturum: ⁊ auiditate
feminea preſentia cupit: immemoꝛ futuroꝝ.
vnde dicitur: Tunc acceſ. ad eū mr̄ fili. zebe.
cū fi. ſuis. CHRY. ſuper matth. Hec mr̄
filioꝛum zebedei eſt ſalome: cuius apud alte/
rum euangeliſtam ponit̄ nomen vere pacifi/
ca: q̄ vere filios genuit pacis. Magna laus
mulieris ex hoc loco colligitur. qꝛ non ſolum
filij reliquerunt patrē: ſed ipſa reliquerat vi/
rū ſuū: ⁊ ſecuta fuerat xp̄m: quia ille ſine iſta
viuere poterat: iſta autē ſine chriſto ſalua eē
non poterat niſi foꝛte quis dicat: quia infra
tempus vocationis apoſtoloꝛum ⁊ paſſionis
xp̄i moꝛtuus eſt zebedeus: ⁊ ſic illa ſexu fra/
gilis: etate defecta: xp̄i veſtigia ſequebatur.
qꝛ fides nunq̄ȝ ſeneſcit: ⁊ religio fatigationē
non ſentit. Audacem autem fecerat eam ad
petēdum nature affectus. vnde dicitur: Ado
rans ⁊ pe. ali. ab eo. i. reuerentia exhibita pe
tit vt quod peteret ſibi detur. Sequit̄: Qui
dixit ei: quid vis? Non interrogat quaſi ne/
ſciens: ſȝ vt illa exponente manifeſtū faceret
irrationabilē eſſe petitionē: vñ ſubdit̄: Ait il
li: Dic vt ſedeāt hi duo filij. AVGV. de
con. euan. Qđ autem hoc per matrem dictū
eſſe mattheus expreſſit: marcus ipſos filios
zebedei perhibet dixiſſe cū illa eoꝛum volun
tatē attuliſſet ad dominum: vnde magis ip/
ſos q̄ȝ illam dixiſſe quod dictum eſt: marcus
breuiter intimauit. CHRY. in ho. Vide
bant. n. ſeipſos honoꝛatos pre alijs ⁊ audie/
rant: ꝙ ſuper. xij. thronos ſedebitis. vnde ꝑ
matuȝ ipſius cathedre petebant accipere. Et
ꝙ quidem plus alijs honoꝛis apud chriſtum
habebant nouerant: timebant vero petrum ſi
bi preferri. vnde ⁊ alius euangeliſta dicit: ꝙ
quia prope erant hieruſalem putabant ꝙ re/
gnum dei eſſet in ianuis. i. aliquid ſenſibile.
Vnde manifeſtum eſt ꝙ nihil ſpirituale pe/
tebant: nec intelligētiam ſuperioꝛis regni ha
bebant. ORIGE. Sicut. n. in regno mū
diali in honoꝛe eē vident̄ q ſedēt cū rege: nō
fuit mirū ſi mulier muliebri ſimplicitate vel
īperitia talia ſe debere petere eſtimauit: ⁊ ipſi
fratres adhuc īperfecti: ⁊ nihil altius cogitā/
tes de regno xp̄i talia arbitrati ſunt de his q
ſedebūt cū ieſu. CHRY. ſuper mattheū.
Vel aliter: Nō dicimus ꝙ recte peteret hec
mulier: ſed hoc dicimus: qꝛ non terrena ſed
celeſtia filijs ſuis optabat. non enim ſentit ſi-
cut cetere matres que coꝛpoꝛa natoꝛum ſuo/
rum amant: animas autem contemnunt. de/
ſiderant illos valere in ſeculo iſto: ⁊ non cu/
rant quid ſint paſſuri in illo: vt oſtendant qꝛ
coꝛpoꝛum ſunt parentes: non animarum.
Eſtimo autem ꝙ hi fratres cuȝ audiſſent do
minum de paſſione ac reſurrectione ſua pro
phetantem: ceperunt dicere intra ſe cum eſ/
ſent fideles: Ecce rex celeſtis deſcendit ad re
gna tartarea: vt regem moꝛtis deſtruat. Cuȝ
autem victoꝛia fuerit conſummata: quid ali/
ud reſtat: niſi vt regni gloꝛia ſubſequatur?
ORIGE. Deſtructo enim peccato quod
regnabat in coꝛpoꝛibus moꝛtalibus hominū
⁊ omni principatu malignarum virtutum:
eminentiam chriſti in hominibus chriſtum
recipit: quod eſt ipſum ſedere in ſede gloꝛie
ſue. ꝙ autem omnia deus facit ad dextram ⁊
ſiniſtram: hoc eſt vt iam nulluȝ malum ſit an
te eum. ⁊ qui quideȝ precellunt pre ceteris ap
propinquantibus chriſto ſunt a dextris eius
qui auteȝ inferioꝛes ſunt: a ſiniſtris ſunt eiꝰ.
Dextram autem chriſti vide ſi potes intelli/
gere inuiſibilem creaturam: ſiniſtram autem
viſibilem ⁊ coꝛpoꝛalem. Appropinquanti/
um. n. chriſto quidam dextram ſoꝛtiuntur vt
intelligibilia: alij ſiniſtram vt ſenſibilia.
CHRY. ſuper matth. Qui auteȝ ſeipſuȝ
donauit hominibus: quomodo regni ſui ſo/
cietatem non donabit? Petentis negligen/
tia repꝛehenditur: vbi de dantis miſericoꝛ/
dia non dubitatur. Si nos rogamus magi/
ſtrum: foꝛſitan ceteroꝛum fratrum coꝛda con
cutimus. Etſi enim vinci a carne nō poſſunt
quaſi iam ſpirituales: tamen percuti poſſunt
quaſi adhuc carnales. ergo ſubmittamus ma
trem noſtram: vt ſuo nomine depꝛecetur ꝑ
nobis. Si enim repꝛehenſibilis inuenta fue
rit: facile merebitur veniaȝ. ipſe enim ſexus
excuſat erroꝛem. Si autem non fuerit impoꝛ
tuna: facilius impetrabit mater pro filijs ſu/
is rogans. Ipſe enim dominus qui mater/
nos animos filioꝛum miſeratione impleuit:
facilius audiet maternum affectuȝ. Tunc do
minus occultoꝛum cognitoꝛ non ad verba
intercedentis mulieris reſpondit: ſed ad con
ſilia ſuggerentium filioꝛum. Bonum qui/
dem erat eoꝛum deſiderium: ſed inconſide/

rata petitio. ideo tñ impetrare non debebant:
ſimplicitas tñ petitionis eorum confundi nõ
merebat: quia de amore dñi talis petitio na/
ſcebatur: propterea ſolam ignorantiam ĩ eis
dominus reprehendit. vnde ſequitur: Rñ/
dens aũt ⁊c. di. Neſci. quid petatis. HIE/
RO. Nec mirũ ſi iſta arguat imperitie: cum ⁊
de petro dicat: Neſciẽs qd diceret. CHRY
ſup matth. Nã frequenter dñs patit diſcipu
los ſuos aliquid non recte aut dicere aut age
re aut cogitare vt ex illorum culpa occaſionẽ
inueniat exponendi regulam pietatis: ſciens
quia error eorum non nocet preſente magi/
ſtro: ⁊ non ſolum in preſenti: ſed etiam in fu
turo doctrina eius edificat. CHRY. ĩ ho/
mi. Hoc aũt dicit oſtendẽs q vel nihil ſpiri
tuale petebãt: vel ſi nouiſſent q̃ petebãt: non
auſi fuiſſent tñ qd petere qd ſupercedit ſupe
riores virtutes. HYLA. Neſciunt ẽt qd
petãt: q nihil de gloria apoſtolorũ ambigen/
dũ erat: iudicaturos. n. eos ſmo ſuperior ex
poſuit. CHRY. ſup matth. vel Neſcitis
qd petatis. q. d. Ego vos vocaui ad partem
dexteram de ſiniſtra: ⁊ vos veſtro cõſilio cur
ritis ad ſiniſtram: ideo forſitã ⁊ per mulierẽ
res agebatur. Contulit. n. ſe diabolus ad cõ
ſueta arma mulierum: vt ſicut adam per mu
lierem ſpoliauit: ita ⁊ iſtos ſepararet per ma
trem. ſed iam non poterat per mulierem per
ditio introire ĩ ſanctos: exquo de muliere ſa/
lus cunctorum proceſſit. Vel ideo dicit: Ne
ſcitis quid petatis. Non enim ſolum debe/
mus cogitare qualem gloriam conſequamur:
ſed quomodo euadamus ruinam peccati: q
⁊ in ſeculari bello qui ſemper de preda victo
rie cogitat difficile vincit. ideo petendũ erat:
Da nobis auxilium gratie tue vt omne ma/
lum vincamus. RABA. Neſciebant eti/
am quid peterent: quia ſedem glorie a domi/
no: quam nondum merebantur inquirunt.
Delectabat eos culmen honoris: ſed prius
habebant exercere viam laboris. vnde ſub/
dit. Po. bi. cali. quem ego bibi. ſum: HIE
RO. Calicem in ſcripturis diuinis paſſio
nem intelligimus. vt in pſalmo: Calicem ſa
lutaris accipiam. ſtatimq; infert quis iſte ſit
calix: Precioſa ĩ ↄſpectu dñi mors ſanctorũ
eius. CHRY. ſup matth. Sciebat aũt dñs
q paſſionẽ ipſius poterãt imitari: ſz ideo iter/
rogat vt oẽs audiamus: q nemo poteſt cum
xpo regnare: niſi paſſionẽ xpi fuerit imitatus:
res. n. precioſa non niſi precioſo precio com
parat. Paſſionẽ aũt dñi dicimus nõ ſolũ pſe
cutionẽ gẽtiliũ: ſz oẽm violẽtiã quã patimur
ↄtra peccata certãtes. CHRY. in ho. Di
cit ergo: Poteſtis bibere ⁊c. Ac ſi. d. Vos
mihi de honore ⁊ coronis loquimini: ego autẽ
de agonibus vobis ⁊ ſudoribus. nõ. n. hoc
eſt premiorum tempus. Ex modo autẽ inter
rogationis eos attrahit. non enim dixit: Po
teſtis ſanguinem veſtrum effundere: ſed po
teſtis bibere calicem: Deinde addit: Quem
ergo bibiturus ſum: REMI. Vt ex cõio/
ne ad ipm auidiores fiant: at illi qui iam mar
tyrij libertatem conſtantiamq; retinebãt: bibi
turos ſe pollicentur. vnde ſequit: Di. ei. poſ
ſumus. CHRY. ſuper matth. Vel dicũt
hoc non tam ex fiducia ſue fortitudinis q̃ ex
ignorantia: Inexpertis. n. leuis videtur eſſe
tẽtatio paſſionis ⁊ mortis. CHRY. in ho
milia. Vel hoc ex deſiderio, pmittunt. Neq;
enim hoc dixiſſent niſi expectaſſent audire qd
petebant. Dominus autem eis prophetat ma
gna bona ideſt martyrio dignos efficiendos
Sequitur. Ait il. Cali. qui. me. bibetis.
ORIGE. Non ita reſpondit chriſtus:
Calicem meum bibere poteſtis: ſed ad futu
ram eorum perfectionem reſpiciens dixit:
Calicem quidem meũ bibetis. HIERO.
Queritur autem quomodo calicem martyrij
filij zebedei: iacobus videlicet ⁊ ioannes bi/
berint. cum ſcriptura narret iacobum tñ apo
ſtolum ab herode capite truncatum: ioannes
autem propria morte vitam finierit: Sed ſi le
gimus in eccleſiaſtica hiſtoria q ipſe ioãnes
propter martyrium ſit miſſus in feruentis
olei dolium: ⁊ relegatus in pathmos inſulam
ſit: videbimus martyrio animum non defuiſ/
ſe: ⁊ bibiſſe ioannem calicem confeſſionis:
quem ⁊ tres pueri in camino ignis biberunt:
licet perſecutor non fuderit ſanguinẽ. HY
LA. Dominus ergo collaudans eorum fi/
dẽ ait: martyrio qdẽ eos ſecũ cõpati poſſe: ſz
leue eius ac dextre aſſidere alijs a deo patre
fuiſſe diſpoſitũ. vñ ſequit: Sede. aũt ad dex.
meã. Et qdẽ q̃tum arbitramur: ita honor iſte
alijs ẽ reſeruatus: q tñ nec apli ab eo erũt alie
ni: q ĩ. xij. pṫiarcharũ ſede ↄſidẽtes: iſraelem
iudicabũt. ⁊ q̃tũ ſentit ex ipſis euãgelijs lz:
ĩ regno celorũ moyſes ⁊ helias aſſidebũt qbus

comitantibus cum glorie ſue habitu in mon
te apparuit. HIERO. Sed mihi hoc ne-
quaq̃ʒ videtur: ſed ideo ſedentium in regno
celorum vocabula non dicuntur: ne paucis
nominatis ceteri putarent̃ excluſi. regnũ. n.
celoꝝ nõ eſt tm̃ dãtis: ſʒ accipiẽtis. Nõ. n. ẽ
ꝑſonaꝝ acceptio apud deũ: ſʒ quicũqʒ talem ſe
ꝓbuerit vt regno celoꝝ dignꝰ fiat: h accipiet
qđ nõ ꝑſone. ſʒ vite paratum eſt. Si itaqʒ ta
les eſtis qui conſequamini regnum celoruʒ:
quod pater meꝰ victoribus preparauit: vos
quoqʒ accipietis illud. Ideo tm̃ nõ dixit: Ne
que non ſedebitis. ne duos ꝯfunderet: neqʒ
ſedebitis. ne ceteros irritaret. CHRY. in
ho. Vel aliter: Videtur inuius oĩbus eẽ lo
cus ille nõ ſolũ hoĩbus: ſʒ ẽt angelis. ſic. n.
precipuũ vnigenito ponit id paulus dicens.
Ad quem autem angelorum dixit vnquam.
Sede a dextris meis. Dñs ergo nõ quaſi exi
ſtentibus quibuſdam q aſſeſſuri ſunt: ſʒ conde
ſcẽdens interrogãtiũ ſuſpitõni rñdit. hoc. n.
vnũ ſolũ querebant pre alijs ſtare apud ipſʒ.
Sed dñs reſpondet: Moriemini quidem ꝓ
pter me: non tamen hoc ſufficit vos facere p̄
mum ordinem obtinere. Si. n. aliquis alius
venerit cum martyrio ampliorem virtutem
poſſidens: non quia vos amo illum expellã:
ꝛ vobis dabo primatum. Propter hoc au-
tem vt non infirmus eſſe oſtendatur non di
xit ſimpliciter: Non eſt meum dare: ſed Nõ
eſt meũ vobis dare: ſed quibus paratum eſt.
his. ſ. q ab operibꝰ poſſunt fieri clari. RE-
MI. Vel aliter. Non eſt meuʒ dare vobis
ideſt ſuperbis talibus quales vos eſtis: ſed
humilibus corde: quibus paratum eſt a pa-
tre meo. AVGV. primo de trinita. Vel
aliter Secundum formam ſerui diſcipulis
dominus reſpondet: Sedere autem ad dex-
tram ꝛc̃. Quod autẽ paratum eſt a patre eiꝰ:
ꝛ ab ipſo filio eſt paratum: quia ꝛ ipſe ꝛ pa-
ter vnum ſunt.

¶ Et audientes decẽ indignati ſunt
de duobus fratribus. Ieſus autez vo
cauit eos ad ſe ꝛ ait: Scitis quia prin
cipes gentium dominantur eorum: ꝛ
qui maiores ſunt poteſtatem exercent
in eos. Non ita erit inter vos. Sed
quicunqʒ voluerit inter vos maior fie
ri: ſit veſter miniſter. Et qui voluerit
iter vos primus eſſe: erit veſter ſeruꝰ.
Sicut filius hominis non venit mini
ſtrari ſed miniſtrare: ꝛ dare animaʒ ſu
am redemptionem pro multis.

CHRY. in ho. Donec chriſti ſnīa incerta
erat non triſtabantur alij diſcipuli: ſed tunc
triſtati ſunt quando eos increpauit. vnde di
citur: Et audien. x. indi. ſunt de duo. fratri-
bus. HIERO. Non ad mulierem audã-
ciã referũt poſtulantis: ſed ad filios q̄ igno-
rantes menſuram ſuam non modica cupidi
tate exarſerunt. CHRY. in ho. Intellexe
runt enim: quia hec petitio diſcipulorum fu
it quando eos dominus increpauit. Quan-
do autem eos a domino prehonoratos vide
runt in transfiguratione: ꝛſi ſm mentem vo
lebant: in medium efferre non audebant ve-
nerantes doctorem. CHRY. ſuper mat-
theum. Sicut autem duo carnaliter petierũt.
ita ꝛ. x. carnaliter contriſtati ſunt. nam velle
quideʒ eſſe ſuper omnes vituperabile eſt: ſu
ſtinere autem aliuʒ ſuper ſe minus eſt glorio
ſum. HIERO. Humilis autẽ magiſter
ꝛ mitis nec cupiditatis duos arguit poſtulã-
tes: nec. x. reliquos indignationis increpat ꝛ
liuoris. vnde ſequitur: Ieſus autem vocauit
eos ad ſe. CHRY. i ho. Quia. n. turbati
erãt: vocatiõe eos ꝯſolat̃ de ꝓpinquo eis lo-
quẽdo. eteni duo a ſocietate. x. ſeipſos ſepan
tes ꝓprius ſtabãt: ſeorſum dño loquẽtes: nõ
tm̃ ſicut ꝓus pueros i mediũ ducẽs eos ꝯſola
tur: ſʒ a ꝯtrio iſeruit dicẽs: Scitis q̄ p̄ncipes
gẽtiũ dñant̃ eorum. ORI. i. Nõ ꝯtenti ſũt
regere ſuos ſubiectos: ſʒ violenter eis dñari
nitunt̃ iter vos aũt q eſtis mei nõ erunt hec.
qm̃ ſicut oĩa carnalia i neceſſitate ſunt poſita:
ſpũalia ãt i volũtate: ſic ꝛ q p̄ncipes ſũt ſpũa
les: p̄ncipatus eoꝝ i dilectiõe ſubditoꝝ dʒ eẽ
poſitꝰ: nõ i timore corporali. CHRY. in
ho. Oſtẽdit aũt i hoc q̄ gẽtiliũ ẽ p̄matꝰ cupe
re: ꝛ ſic gẽtiũ cõparatiõe eoꝝ aĩam eſtuãtem
ꝯuertit. CHRY. ſup matt. Et opus qdẽ
deſiderare bonũ: bonũ ẽ: q̄ nr̃e voluntatis ẽ
ꝛ nr̃a ẽ merces. p̄matũ aũt honoris ꝯcupiſce
re vãitas ẽ: hoc. n. ꝯſeq iudiciũ dei ẽ: ꝓp qđ
ex p̄matu honoris neſcimus ſi mercedẽ iuſti
cie meremur. Neqʒ. n. apl̃s laudẽ hẽbit apđ

dcũ q: apl's fuit: ꝫ si op⁹ aplatus sui bñ impleuit. nec apl's ꝓ merito suo añcedẽti honoratus ẽ vt esset apl's: ꝫ ad hoc ministeriũ apt⁹ ẽ iudicat⁹ ſm motũ aĩe sue. Primatus ẽt fugientẽ se desiderat ⁊ desiderãtẽ se horret. conuersatio ergo melior desideranda est: non dignior gradus. Volẽs ergo dñs ⁊ duoꝝ fratrũ zebedei ⁊ alioꝝ idignationẽ extinguere: itroducit drĩam iter ꝑncipes mũdiales ⁊ ecclasticos: oñdẽs q: ꝑmatus i xp̃o nec ab aliquo appetẽd⁹ ẽ nõ hñte: nec alteri iuidẽdus ẽ hñti: q: ꝑncipes mũdi iõ sunt vt dñent minorib⁹ suis: ⁊ eos sui tuti subiiciãt ⁊ expolient: ⁊ vsq; ad mortẽ eis vtant ad suã vtilitatẽ ⁊ gloriã. Principes autem ecclesie fiunt vt seruiant minoribus suis: ⁊ ministrent eis quecunq; acceperunt a christo: vt suas vtilitates negligant ⁊ illorum procurent: ⁊ mori non recusent pro salute inferiorum. Primatum ergo ecclesie concupiscere neq; iustum est neq; vtile. Nullus sapiens vult vltro se subiicere seruituti ⁊ periculo tali: vt det rationem ꝓ omni ecclesia: nisi forte qui non timet dei iudicium abutens primatu suo ecclesiastico seculariter: ita vt conuertat illum in secularem. HIERO. Deniq; sui proponit exẽplum vt si dicta paruipenderent erubescerẽt ad opera. vnde subdit. Sicut filius ho. non. venit mini. sed ministrare. ORIGE. Nã ⁊ si angeli ⁊ martha ministrauerunt ei: tamẽ non ideo venit vt ministretur: sed vt ministret: ⁊ tantum creuit ministrans: vt impleretur quod sequitur. Et daret animam suam redemptionem pro multis. s. qui crediderũt in eũ: daret inquã i mortẽ. Sꝫ quĩ solus erat iter mortuos liber: ⁊ fortior oĩ ptãte mortis: oẽs seq se volẽtes liberauit a morte. Ecclesiarũ ergo principes imitari debent christum accessibilẽ: ⁊ mulierib⁹ loquentẽ: ⁊ pueris manus iponẽtẽ: ⁊ discipulis pedes lauantẽ: vt ipsi similiter faciãt fratribus. Nos aũt tales sumus vt ẽt principũ mũdi excedere videamur supbiam: vel nõ itelligentes: ⁊ contemnentes mandatũ christi: ⁊ querimus sicut reges acies precedentes: ⁊ terribiles nos ⁊ accessu difficiles maxime pauperibus exhibemus: nullam affabilitatem habentes: vel hẽc ad nos pmittentes. CHRY. in ho. Quãtocunq; ergo tu humiliatus fueris: non poteris tñ descendere q̃tum dominus tuus.

Feria. v. Luce. xvi. cap.

HOmo quidaꝫ erat diues: ⁊ induebatur purpura ⁊ bysso: ⁊ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant: ⁊ lingebant vlcera eius.

BEDA. Admonuerat supra dominus facere amicos de mammona iniquitatis: quod audientes pharisei deridebant. deinde illa q̃ proposuerat: exemplis astruit dicens: Homo quidã erat diues. CHRY. Erat: non est. quia preteriit quasi vmbra fugiens. Nõ autẽ omnis sancta paupertas aut diuitie criminose: ꝫ ⁊ luxuria ifamat diuitias: ita paupertatem commendat sanctitas. Sequitur: Et indu. pur. ⁊ bysso. AMBRO. Purpura color regii habitus est: ⁊ conchis marinis ferro circuncisis emissa. byssus vero genus lini cãdidi ⁊ mollissimi. GREGO. in ho. Si autem subtilius preciosarumq; vestium cultus culpa non esset: nequaq̃ sermo dei hoc tam vigilanter exprimeret. Nemo quippe vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit: vt honoratior ceteris esse videatur. nemo. n. vult ibi preciosis vestibus indui: vbi ab aliis nõ possit videri. CHRY. Cinerem ⁊ puluerem ⁊ terram purpura ⁊ serico protegebat secundum vestimenta ei⁹: ita ⁊ epule. ⁊ nos quales epule: talia ⁊ vestimenta. vnde sequitur: Et epulabatur quotidie splendide. GREGO. primo mora. Ubi solerter intuendum est: quia celebrari sine culpa conuiuia vix possunt: pene semper epula concomitatur voluptas. Nam cuꝫ corpus in refectionis delectatiõe resoluitur: cor ad inane gaudium relaxatur. Sequitur: Et erat quidaꝫ mendicus nomine lazar⁹. AMBRO. Narratio magis q̃ parabola videtur: quãdo ẽt nomen exprimit. CHRY. Parabola vero illa est: vbi exemplũ ꝑonit: ⁊ tacentur noĩa. Interpretatur aũt lazarus q ad

iutus ē: pauper.n.erat: ⁊ illum dominus ad
iuuabat. CYRIL. Vel aliter. Preſens
ſermo de diuite ⁊ lazaro ſimilitudinarie ſcri-
ptus eſt in parabola vt innoteſcat ꝙ qui ter-
renis affluunt opibus: niſi velint opitulari
neceſſitatibus pauperum: grauem incurrent
ſententiam. Refert autem traditio iudeorū
lazarum quendam fuiſſe tunc temporis i hie
roſolymis extrema preſſum inopia ⁊ infirmi
tate: cuius meminit dominus introducēs cū
in exemplum ad maiorem ſermonis manife
ſtationem. GRE. in ho. Notandum etiā
eſt: quia in populo plus ſolent nomina diui
tum q̄ pauperum ſciri. Dominus autē no
men pauperis dicit: ⁊ nomen diuitis non di
cit: quia deus humiles nouit atqꝫ approbat:
ſuperbos ignorat: Vt autē amplius proba
retur pauper: ſimul hunc ⁊ paupertas ⁊ egri
tudo tabefecit. Sequitur enim: Qui iacebat
ad ianuā eius vlceribus plenꝰ. CHRY.
Ideo iacebat ad ianuā: ne diues diceret: Nō
vidi: nemo mihi nunciauit. videbat eum exi
ens: ⁊ reuertens. ideo vlceribus plenus: vt
crudelitatem diuitis ſuo corpore demonſtra-
ret. mortem corporis tui vides iacere ante ia
nuam: ⁊ non misereris. ſi dei precepta nō cō
ſideras: ſaltem conditionis tue miſerere: ⁊ ti
me ne ipſe talis efficiaris. egrotatio autē ha
bet aliquod ſolacium: ſi opes habet. Quanta
ergo in iſto pena eſt: in quo inter tāta vulne-
ra non meminit dolores plagarū: ſed famē:
Sequitur enim: Cupiens ſaturari de micis
que cadebant de menſa diuitis. q. d. Quod
proijcis de menſa: hoc prebe in elemoſynā:
fac damna lucrum. AMBRO. In ſolen
tia autē ⁊ tumor diuitum in diuitijs compe
tentibus ſubinfertur. Sequitur enī: Et ne
mo illi dabat. Ita.n. ſunt conditionis huma
ne immemores: vt tanq̄ ſupra naturam ſiti:
de miſerijs pauperum incentiua ſuarum ca-
piant voluptatum: rideant inopem: inſultēt
egenti: ⁊ quorum miſereri deceat: his aufe-
rant. AVGV. De ver. do. Inexplebilis
enim auaricia diuitum: nec timet deum: nec
hominem veretur. non parcit patri: amico fi
dem non ſeruat: viduam opprimit: rem pu-
pilli inadit. GRE. in ho. Inſuper pauper
videbat procedentem diuitem ab obſequenti
bus circūfulciri: ſe i firmitate ⁊ inopia a nul-
lo viſitari. nam quia nemo ei ad viſitandum
aderat: teſtantur canes qui licenter vulnera
eius lingebant. Sequitur.n. Sed ⁊ ca. ve-
nie. ⁊ linge. vlce. eius. CHRY. Vlcera
que nullus hominum lauare dignabatur ⁊
cōtractare: fere mites lambunt. GRE. in
ho. Ex vna ergo re omnipotens deus duo
iudicia exhibuit: dum lazarum pauperem an
te ianuā diuitis iacere permiſit: vt ⁊ diues i-
pius damnationis ſibi augeret vltionem: ⁊
tentatus pauper creſceret ad remunerationē
quia conſpiciebat ille quotidie cui miſereret:
videbat iſte de quo probaretur.

¶ Factum eſt autē vt moreretur mē
dicus ⁊ portaretur ab angelis in ſinū
abrae. Mortuus eſt autem ⁊ diues: ⁊
ſepultus eſt in inferno. Eleuans autē
oculos ſuos cum eſſet in tormentis: vi
dit abraam a longe ⁊ lazarum in ſinu
eius: ⁊ ipſe clamās dixit: Pater abra
am miſerere mei: ⁊ mitte lazarum vt i
tingat extremum digiti ſui in aquam:
vt refrigeret linguam meam: quia cru
cior in hac flamma. Et dixit illi abra-
am: Fili recordare quia recepiſti bona
in vita tua: ⁊ lazarus ſimiliter mala.
Nunc autem hic conſolatur: tu vero
cruciaris. Et in his omnibꝰ inter nos
⁊ vos chaos magnum firmatū eſt: vt
hi qui volunt hinc trāſire ad vos non
poſſint: neqꝫ inde huc tranſmeare.

CHRY. Audiuimus quid vtriqꝫ in ter-
ra paſſi ſunt: videamus quid vtriqꝫ patian-
tur apud inferos. Quod temporale fuit pre
terijt: quod ſequitur eternum ē. Vterqꝫ mor
tuus eſt. illum angeli: hunc pene ſuſceperūt.
Dicitur.n. Factum eſt autem vt more. men
di. ⁊ porta. in ſinu abrae. Tante pene repen
te delitijs commutantur. Portatur poſt tan
tos labores: quia defecerat: ne ſaltem ambu-
lans laboraret: ⁊ portabatur ab angelis. Nō
ſuffecerat ad portandum pauperem vnꝰ an-
gelus ſed propterea plures veniunt vt cho-
rum leticie faciant. gaudet vnuſquiſqꝫ ange
lus tm̄ onus tangere: libenter talibus oneri-
bus pregrauantur vt ducant homines ad re
gna celorū. Portatus eſt aūt in ſinu abrae:

vt illuꝫ palparet ⁊ refocillaret: Sinus abrae paradiſus eſt. Jdeo autem angeli miniſtrantes tulerunt pauperem ⁊ locauerunt eũ i ſinu abrae: qꝛ lꝫ deſpectus iaceret: non tñ deſperauit: nec blaſphemauit dicẽs: Hic diues i nequicia viuens gaudet ⁊ tribulationẽ nõ patiť ego ꝯo nec obtinere valeo neceſſariã eſcaꝫ. AVGV. de origine aie. Nõ aũt abrae ſinũ eſtimas eſſe corporeũ vereor ne in re tãta iocularitez nõ ſerio agere credaris. Neqꝫ .n. vſqꝫ adeo deciperis vt arbitreris corporeũ ſinum hois vnius ferre tot aĩas. immo vt ſm te loquar tot corpora: quot illuc angeli ſicut lazaꝝ ꝑferunt niſi opineris fortaſſe illã vnã aiam ſolam ad eundẽ ſinum peruenire meruiſſe. Si errare pueriliter non vis: ſinũ abrae intellige remotaꝫ ſedem quietis atqꝫ ſecretam: vbi eſt abraaꝫ: ⁊ ideo abrae dictã: nõ ꝙ ipſius tm̃ ſit: ſed ꝙ ipſe multarum gentiuꝫ pater ſit qui ad imitandum fidei principatuꝫ prepoſitus eſt. GREGO. in homẽ. Cuꝫ autẽ duo eſſent inferius corda pauperis. ſ. ⁊ diuitis: vnus deſuper erat inſpector: qui ⁊ pauperem tentando exercebat ad gloriam ⁊ diuitem tolerando expectabat ad penam. vnde ſequitur. Mortuus eſt autem ⁊ diues. CHRY. Mortuus quidem eſt tunc corpore ſed erat illi ante aia mortua: nihil enim agebat ex operibus anime. nam totus feruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expirauit: ⁊ erat corpore defuncto defunctior. Nullus autem eſt qui ſepeliendo diuiti miniſtraſſe dicatur vt lazaro. eo nanqꝫ ꝙ in lato itinere delectatus multos habuit obſequentes adulatores: vt peruenit ad finem priuatus eſt omnibus. Simpliciter enĩ ſequitur: Et ſepultus eſt in inferno. Sed etiam anima eius duꝫ viueret ſepeliebatur obruta corpore quaſi ſepulchro. AVGV. de que. euange. Sepultura autem inferni penarum profunditas ẽ: que ſuperbos ⁊ immiſericordes poſt hanc vitam vorat. BASI. Eſt autem infernus quidam locus communis in infimo terre obumbratus vndiqꝫ ⁊ opacus: cuius eſt quoddam orificium in profundum tendens, per quod patet deſcenſus animabꝰ ad mala damnatis. CHRY. Vel ſicut regum carceres extra manent: ſic ⁊ extra mundum foris alicubi eſt infernus. vnde ⁊ exteriores tenebre dicte ſunt. THEOPHI.

Quidam vero dicunt infernum eſſe tranſitum ab apparenti ad diſparens ⁊ deformitatem anime. Quandiu enim anima peccatoris in corpore eſt: apparet per proprias operationes: vt autẽ euolat de corpore fit deformis. CHRY. Sicut autem pauperi dum viueret grauiorem penaꝫ reddebat iacere ante ianuam diuitis: ⁊ aliena bona proſpicere: ſic diuiti mortuo augebat exitium accubitus ĩ gehenna: ⁊ proſpectus delectationis lazari: ne ſolum tormentorum natura: ſed ⁊ collatione honoris illius intolerabilius ſentiret ſupplicium: vnde ſequitur. Eleuans autẽ ocu. ſu. cum eſſet in tor. vi. abra. a longe. Eleuauit quidem oculos: vt illum inſpiceret nõ vt deſpiceret. lazarus enim ſurſum erat: ille deorſum. illum plures angeli portabant: iſtum infinita tormenta poſſidebant. vnde non dicit: Cuꝫ eſſet in tormento: ſed Jn tormentis. totus .n. in tormentis erat oculos ſolos liberos habebat: vt alterius leticiam poſſit aſpicere: vt magis torqueatur: quia non habet qđ alius habet. aliorum diuitie eorum qui i paupertate ſunt: tormenta ſunt. GREGO. Si autem abraam adhuc in imis non eſſet: hunc diues in tormẽtis poſitus nõ videret. Eos .n. qui celeſtis patrie vias ſecuti ſunt: poſt egreſſum carnis inferni clauſtra tenuerunt: non vt pena quaſi peccatores plecteret: ſed vt illos in locis remotioribus requieſcentes: quia necduꝫ interceſſio mediatoris aduenerat: ab ingreſſu regni reatus prime culpe retineret. CHRY. Multi autẽ erant pauperes iuſti: ſed qui iacuit ad limina eius aſpectu occurrit ad eius triſticiam. Sequitur: Et laza. in ſi. eius. Hinc innoteſcit ꝙ omnes q a nobis offenduntur: obijciuntur noſtro conſpectui. Diues autem lazaruꝫ non penes alium iuſtum: ſed in ſinu abrae videt. erat .n. abraam charitatiuus: hic autẽ crudelitatis arguitur. Ille ſedens ante fores venabatur trãſeuntes: ⁊ in domum propriam ingerebat: hic ꝯo ⁊ manẽtes intus auertebat. GREGO. in ho. Qui nimirum diues eum cuiꝰ in hac vita miſereri nõ voluit: in ſuo iaꝫ ſupplicio poſitus patronum querit. THEOPHI. Non tamen dirigit ſermonem ad lazarum .n ſed ad abraam: qꝛ forſan erubeſcebat ⁊ putabat lazarum reminiſci malorum. ex ꝓprijs iudicãs de illo. vnde ſequitur: Et ipſe

cla. dixit. CHRY. Magne. n. pene: ma/
gnam vocem reddebat: Pater abraaz. q. d.
Patrez te voco natura: quomodo filius qui
perdidit ſuam ſubſtantiam. licet meo vitio te
patrem perdiderim. Miſerere mei. Fruſtra
agis penitentiam vbi non eſt penitentie loc⁹
Tormenta te cogunt: non mentis affectus.
Quicunqȝ in regno celoꝝ eſt: neſcio an ei⁹
q in inferno eſt valeat miſereri. Creator crea
ture miſeretur ſue. Unus venit medic⁹ qui
ſanaret morbos: alij ſanare non poterant.
Mitte lazarum: erras miſer. Abraam mitte
re non poteſt. ſed ſuſcipere pōt: vt intingat
extremum digiti ſui in aquam. Lazarum vi/
dere non dignabaris: ⁊ nunc digitum eius
deſideras. Hoc quod petis: tu ei debebas fa
cere cum adhuc viueret. Aquam deſideras:
qui delicatos cibos añ faſtidiebas. Uide cō/
ſcientiam peccatoris: non totum audet poſce
re digitum. Inſtruimur autem q̄ȝ ſit vtile in
diuitijs non cōfidere: ecce diues indiget pau
pere qui quandoqȝ eſuriebat. Mutatur res:
⁊ notificatur omnibus quis eſſet diues: quis
eſſet pauper. ſicut. n. in theatris cuȝ aduesꝑe
raſcit: ⁊ aſtantes recedunt: exeuntes ⁊ ami/
ctum deponentes: qui reges ⁊ pretores viſi
fuerant: omnibus vlceribus pleni videntur
vt ſunt: ſic ⁊ adueniente morte: ⁊ ſoluto ſpe/
ctaculo: vniuerſi laruis egeſtatis ⁊ diuitiaruȝ
depoſitis: ex ſolis operibus diiudicantur qui
nam vere ſint diuites: qui pauperes: qui glo
rioſi quiue inglorij. GRE. in ho. Diues
. n. iſte qui vlcerato pauperi: menſe ſue vel
minuta dare noluit: in inferno poſitus vſqȝ
ad minima querenda peruenit. nam guttam
aque petiuit: qui micas panis negauit. BA/
SI. Condignum autem premium redditur
diuiti illi: ignis ⁊ iſernalis pena: lingua are/
facta: vice lire ſonantis gemitus: vice potus
deſiderium ſtille: vice ſpeculatorum enormi/
um: caligo profunda: vice ambitus inceſſan
tis peruigil vermes. vnde ſequitur: Ut re/
frigeret lin. me. quia crucior in hac flamma.
CHRY. Non autē quia diues fuerat tor
quebatur: ſed q: miſertus nō fuit. GRE.
in ho. Hinc colligendum eſt qua pena mul/
ctādus ſit q aliena diripit: ſi iſerni dānatione
ꝑcutit q ꝓpria ñ largit. AMBRO. Cru
ciat ēt: q: luxurioſo carcere delitijs pena ē: eq̄
aūt ē refectio aie i dolorib⁹ ꝯſtitute. GRE.
in ho. Quid aūt eſt ꝙ in tormētis poſit⁹ lin/
guā ſuā refrigerari poſtulat: niſi ꝙ is q ꝯui/
uēdo de loquacitate peccauerat: ꝑ retributōis
iuſticiā in lingua atrocius ardebat? Abunda
re. n. i ꝯuiuijs loquacitas ſolet. CHRY.
Multa ēt lingua ei⁹ ſupba locuta ē: vbi pec
catum: ibi ⁊ pena. ⁊ q: plurimū lingua pecca
uit: amplius torquetur. AUGU. de que.
euan. Uel ꝙ linguā ſuaȝ vult refrigerari cū
in flamma totus arderet: ſignificat quod ſcri
ptum eſt: Mors ⁊ vita in manibus lingue.
⁊ quia ore confeſſio fit ad ſalutem: quod per
ſuperbiam ille non fecit. Extremum autem
digiti: vel minimam operationem ſignificat:
qua per ſpiritūſanctū ſubuenit. AUGU.
de origine aie. Dicis aūt: mēbra hic aie de/
ſcribuntur: ⁊ vis ꝑ oculū totū caput itelligi:
q: dict⁹ ē leuare oculos ſuos: ꝑ linguam fau
ces. ꝑ digitū manū: Quid āt cauſe ē vt noia
iſta mēbroꝝ in deo tibi corp⁹ nō faciāt: i aia
faciant? An vero qñ de creatura dicuntur ꝓ
prie accipienda ſunt. qñ aūt de creatore tropi
ce atqȝ tranſlate? Penas itaqȝ corporeas da
turus es nobis qm̄ non creator ſed creatura
. i. homo dicit: Si aſſumpſero pennas meas
diluculo. Porro ſi propterea linguam habu
it diues ille corpoream: qm̄ dixit Refrigeret
linguam meam. in nobis quoqȝ adhuc in car
ne viuentibus manus habet ipſa lingua cor/
porea: quia ſcriptuȝ eſt: Mors ⁊ vita in ma
nibus lingue. GRE. niſenus. Sicut autē
preſtantiſſima ſpeculorum tales repreſentāt
facierum imagines: quales ⁊ ipſe obiecte fa
cies extant: letas quidem letantium: triſtiū ve
ro triſtes: ſic ⁊ iuſtum dei iudiciū ſimile fit di
ſpoſitionibus nr̄is. vñ q: diues non fuit mi
ſertus paupis iacētis ad ianuā: cū miſericor
dia egeat nō exaudit. Sequitur. n. Et di. il.
abra ideſt. Frecor. quia re. bo. in. vi. tua.
CHRY. Aſpice pr̄iarche bonitatē vocat
illū filiū: qd̄ māſuetudinē ei⁹ pōt exprimere:
nullū tñ ꝓbet auxiliū ei q ſe remedio priuaue
rat. vñ dicit: Recordare. i. aīaduertas pecca/
ta: ne obliuiſcaris ꝙ fueris oblectat⁹ diuitijs
recepiſti bona in vita tua ideſt illa q̄ vera bo
na eſſe putabas: nō potes ⁊ in terra regnaſſe
⁊ hic regnare. diuitie nō pn̄t eſſe vere ⁊ i ter/
ra ⁊ in iferis. Sequit: Et laza. ſimiliter ma/
la. Nō ꝙ lazar⁹ ea mala putauerit: ſȝ ex cen/
ſura diuitis hoc dicebat: q inopiam ⁊ famem

ꝛ durã egritudinẽ eſtimabat mala. Quando
igitur infirmitatis ꝛ egrotationis magnitu/
do premit lazarum cogitemus ꝛ letanter acci
piamus mala in vita noſtra. AVGV. de
que. euan. Hec igitur ei dicuntur: qꝛ felicita
tem dilexit ſeculi: nec aliam vitã preter illam
in qua ſuperbus tumebat adamauit. Lazarũ
aũt dicit mala recepiſſe: qꝛ intellexit huius ſe
culi mortalitatem: labores: ꝛ dolores ꝛ erum
nas: penam eſſe peccati: qꝛ oẽs in adam mo/
rimur: qꝛ factus eſt tranſgreſſione mortalis.
CHRY. dicit etiam: Recepiſti bona ĩ vi
ta tua: quaſi debita. q. d. Siquid boni feciſti
vnde premium deberetur: oĩa recepiſti ĩ illo
mundo: epulans: ditatus: oblectatus: ſucceſ
ſibus proſperis. hic aũt ſiqd mali cõmiſit vni
uerſa recipit pauptate: fame. ꝛ extremis op/
preſſus miſerijs: ꝛ vterqꝫ veſtrũ huc nudus
acceſſit. hic qdẽ a peccatis pp qd ꝛ ↄſolatõnẽ
ſortit: tu vero a iuſticia: pp qd immitigabilem
pfers penam. vnde ſequitur: Nunc aũt h cõ
ſo. tu vero cruciaris. GRE. ĩ ho. Quecũqꝫ
ergo in h ſeculo bñ habetis cũ vos bona egiſ
ſe recolitis: valde de ipſis ptimeſcite: ne con
ceſſa vobis proſperitas eorũdẽ remuneratio
ſit bonoꝝ: ꝛ cũ quoſlibet pauperes nonnulla
rephenſibilia ppetrare conſpicitis: qꝛ fortaſſe
quos ſuperfluitas tenuiſſime prauitatis coin
qnat: camin⁹ pauptatis purgat. CHRY.
Sed dices: Nõne eſt aliquis qui ꝛ hic ꝛ illic
venia perfruatur: hoc quidem difficile eſt: ꝛ
de numero impoſſibilium. nam ꝛſi pauper/
tas non vrgeat: vrget tamẽ ambitio. Si egri
tudo non ſtimulet: ira inflãmat. ſi tentatiões
non ĩpetunt emergunt ſepius cogitationes
inique. Non eſt aũt puus labor iracũdiã re/
frenare: cõpeſcere illicita deſideria: oſtentatio
nes ſedare: deſperatõnẽ remittere. vitã aſpe
raʒ ducere. Talia vero non agẽtẽ: ĩpoſſibile
eſt ſaluari. GRE. in ho. Reſponderi etiã
põt qꝛ mali in hac vita bona recipiũt qꝛ oẽ ſu
uʒ gaudiũ felicitatẽ trãſitoriã putãt. Juſti aũt
habere h qdẽ pñt bona: nec tñ in recõpenſa/
tione recipere: qꝛ dũ meliora. i. eterna appe/
tunt: eoꝝ iudicio qlibet bona affluerint: bona
minime videt. CHRY. Poſt miſericor/
diã aũt dei ĩ pprijs ſtudijs ſpandũ ẽ de ſalu
te: nõ numerãdo patres aut pximos vl' ami
cos. Frater. n. nõ liberat. ꝛ iõ ſubdit: Et in
his oĩb⁹ ma. cha. firma. eſt inter nos ꝛ vos.

THEO. Chaos magnũ ſignificat iuſtoꝝ
a pctorib⁹ diſtãtiã. nã ſicut affectus coꝝ varij
fuerãt: ſic ẽt mãſiões nõ modicuʒ differunt.
CHRY. Qd firmatũ dr: qꝛ nõ põt diſſol
ui: agitari: vel ↄcuti. AMBRO. Jnter di
uitẽ igit ꝛ paupeʒ chaos magnũ ẽ: qꝛ p⁹ mor
tẽ nequeũt merita mutari: vñ ſeqt: Vt hi qui
volũt hic ad nos trãſire nõ poſſint: neqꝫ inde
huc trãſmeare. CHRY. q. d. Videre poſ
ſum⁹: trãſire nõ poſſum⁹. ꝛ nos videm⁹ qd
fugerim⁹: ꝛ vos videtis qd pdideritis: ꝛ no
ſtra gaudia cumulãt vr̃a tormẽta: ꝛ vr̃a torm
ta cumulãt nr̃a gaudia. GRE. in ho. Sic
. n. trãſire reprobi ad electos cupiũt. i. a ſup/
plicioꝝ ſuoꝝ afflictione migrare: ita ad afflic/
ctos atqꝫ ĩ tormẽtis poſitos trãſire iuſtoꝝ eſt
mẽte ire p miſericordiã: eoſqꝫ velle liberare:
ſʒ iuſtoꝝ aĩe q̃uis ĩ ſue nature bonitate miſe
ricordiã habeãt: iã tñ auctoris ſui iuſticie ↄiũ
cte: tãta rectitudine ↄſtringunt: vt nulla ad re/
probos cõpaſſiõe moueant: nec iniuſti ergo
ad beatoꝝ ſortẽ trãſeũt: qꝛ dãnatione ppetua
ↄſtringunt. nec iuſti ad reprobos trãſire pñt:
qꝛ erecti iã p iuſticiã iudicij: eis nullo mõ ex
aliqua cõpaſſiõe miſerent. THEO. Hic
elicis argumẽtũ ↄ origenis ſequaces q dñt:
Cum terminus ſit imponendus ſupplicijs:
erũt tp̃s quo aggregabũtur peccatores iuſtis
ꝛ deo. AVGV. de que. euã. Oſtenditur
. n. p incõmutabilitatẽ diuine ſñie nullũ auxi
liũ miſericordie poſſe pberi peccatorib⁹ a iu/
ſtis etiam ſi velint prebere: quo admonet vt
in hac vita homines ſubueniant quibus poſ
ſunt ne ſi poſtea etiaʒ optime recepti fuerint
eis quos diligunt opitulari non valeant. Jl/
lud enim quod ſcriptum eſt. vt ꝛ ipſi recipi/
ant vos in eterna tabernacula: non de ſuper
bis ꝛ immiſericordibus ſcriptum eſt: ſed de
his qui ſibi eos amicos de operibus miſe/
ricordie fecerunt. quos iuſti non velut pro/
pria poteſtate quaſi gratificando recipiunt: ſʒ
permiſſione diuina.

¶ Et ait: Rogo te pat vt mittas eũ
ĩ domuʒ patris mei. Hẽo. n. qnqꝫ fra
tres: vt teſtet illis: ne ꝛ ipſi veniãt ĩ hũc
locũ tormẽtoꝝ. Et ait illi abraã. Ha
bent moyſen ꝛ pphetas audiant illos.
At ille dixit: Nõ pater abraã: ſed ſiqs

ex mortuis ierit ad eos: penitentiam
agent. Ait autem illi: Si moyſen ⁊ ꝓ
phetas nō audiunt: neq; ſiquis ex mor
tuis reſurrexerit credent.
GREGO. in ho. Poſtq̄ȝ ardenti diuiti
de ſe ſpes tollitur: eius animus ad propin/
quos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur.
Et ait: Ro. te. pa. vt mit. cuȝ in do. pa. mei.
AVGV. de q̄. euan. Lazarꝰ petit mitti qꝛ
ſenſit ſe idignū q̄ teſtimoniū ꝑhibeat ꝟitati.
Et qꝛ nō ipetrauerat paululū refrigerari: mľ
to minꝰ credit ſe relaxari poſſe ab iferis ad ꝑ
dicationē veritatis. CHRY. Vide aūt ꝑ/
uerſitatē: nec in ipſis penis continet verita/
tem. Si pater eſt abraā: quō dicis: Mitte cū
in domū patris mei? ſed non es oblitus pa/
tris tui: qꝛ ille te ꝑdidit. GREGO. i ho.
Reproboꝝ autē mentē pena ſua q̄q; inuti
liter erudit ad charitatē: vt iam tunc ēt ſuos
ſpecialiter diligant: qui hic dū peccata dilige/
rent: nec ſe amabant. vnde ſequitur: Habeo
enīȝ q̄q; fra. vt teſte. il. ne ⁊ ipſi veni. i hūc
locum tormentoruȝ. AMBRO. Serius
autem diues iſte magiſter eſſe incipit: cū iam
nec diſcendi tempus habeatur vel docendi.
GREGO. in homilia. Qua in re notan
duȝ eſt ardenti diuiti quanta ſupplicia cumu
lantur. ad penam nanq; ſuam ei cognitio ſer
uatur ⁊ memoria. cognouit. n. lazarum queȝ
deſperit: ⁊ fratrum ſuoruȝ meminit quos re
liquit. vt. n. peccatores in ſupplicio amplius
puniantur: ⁊ eorum vident gloriam quos cō
tempſerunt: ⁊ de illoꝝ pena torquēt̄ur quos
inutiliter amauerunt: Petenti autem diuiti
vt lazarus mitteretur ab abraam protinus re
ſpondetur. vnde ſequitur: Et ait illi abraaȝ:
Ha. mo. ⁊ ꝓ; he. audi. illos. CHRY. q.
d. Non ſint tibi magis cure fratres tui q̄ȝ
deo qui eos creauit: ſtatuitq; eis doctores q̄
eos commonerent ⁊ ſollicitarent. Vocat au/
tem hic moyſen ⁊ prophetas ſcripta moſaica
⁊ prophetica. AMBRO. Quo loco eui/
dentiſſime declarat dominus vetus teſtamē/
tum: eſſe fidei firmitatem retundens perfidi
am iudeorum ⁊ excludens nequitias hereti/
corum. GREGO. in home. Sed qui dei
verba deſpexerat: hoc audire nō poſſe ſuos
ſequaces eſtimabat. vnde ſequitur: At ille di
xit Non pater abraam: ſed ſiquis ex mortu/
is ierit ad illos penitētiā agent. CHRY.
Quia. n. audiendo ſcripturas contemnebat
⁊ fabulas eſſe putabat: ex his que paſſus fue
rat: ipſe quoq; diiudicabat de fratribus.
GREGO. niſenus. Sed ⁊ aliud quod/
dam dogma docemur: q̄ lazari quidem ani/
ma non eſt erga preſentia ſollicita nec retor/
quet ſe ad aliquod relictorum. at diues quaſi
quodam viſco etiam poſt mortem a vita de/
tinetur carnali. nam ſiquis omnino carnalis
ſm̄ mentem fiat: nec poſtq̄ȝ corpus exuerit re
mouetur a paſſionibus eius. GREGO.
in ho. Sed mox diuiti veraci ſententia reſpō
detur. Sequitur enim. Ait autē illi: Si moy
ſen ⁊ prophetas non audiunt neq; ſiquis ex
mortuis reſurrexerit credent ei. Quia q̄ ꝟba
legis deſpiciunt: redemptoris precepta qui
ex mortuis reſurrexit: quanto ſubtiliora ſunt
tanto hic difficilius implebunt. CHRY.
Qđ autem veruȝ ſit q̄ qui non auſcultat ſcri
pturis: nec mortuis rediuiuis auſcultat: oſtē
derunt iudei: qui nunc quidem volebant oc/
cidere lazarum: nunc vero inuadebant apo/
ſtolos: cum tamen a mortuis non nulli reſur
rexerint hora crucis. Sed ⁊ illud conſidera
q̄ quiſq; mortuus ſeruus eſt. quecunq; vero
dicunt ſcripture dicit dominus. vnde ⁊ ſi re/
ſurgat mortuus: ⁊ ſi celitus deſcenderit ange
lus: omnibus magis ſunt digne fide ſcriptu
re. nam angelorum dominꝰ viuorum ⁊ mor
tuorum eas inſtituit. Si autem ſciret hoc de/
us q̄ mortui reſurgentes prodeſſent viuen/
tibus: non hoc omiſiſſet: qui pro vtilitate no
ſtra ſingula queq; tractat. ſed ⁊ ſi crebro re/
ſurgerent mortui: hoc iterum tempore contē
neretur: ſed ⁊ diabolus facile introduceret ꝑ
uerſa dogmata. id quoq; per organa ſua fin/
gens non quidem ſuſcitans vere defunctos
ſed quibuſdam fallacijs ſpectantiuȝ fruſtrās
intuitum vel ingenians quoſdam mortem ſi
mulare. AVGV. De curis pro mortuo
habendis. Diceret autem aliquis ſi nulla eſt
mortuis cura de viuis quomodo diues roga
uit abraam vt mitteret lazaruȝ ad quinq; fra
tres ſuos? Sed nunquid quia hoc diues ille
dixit: ideo quid fratres agerent vel quid pa/
terentur in illo tempore ſciuit? ita illi cura fu/
it de viuis: q̄ȝuis quid agerent oīno neſciret:
ſicut nobis ē cura de mortuis q̄ȝuis q̄d agāt
oīo neſciamus. Sed rurſus occurrit qō: quō

hic abraã eſſe ſciebat moyſen ⁊ prophetas. i.
libros eorum. vbi etiam nouerat diuitem illũ
in delitijs: lazaruꝫ vo i dolorib⁹ vixiſſe: Ve
rũ non cũ hec agerentur in viuis ſed eis mor
tuis potuit lazaro indicãte cognoſcere: ne fal
ſum ſit quod ait propheta: Abraam neſciuit
nos. Poſſunt ⁊ ab angelis q rebus que agũ
tur hic preſto ſunt audire aliquid mortui. poſ
ſunt etiam aliqua que neceſſariuꝫ eſt eos noſ
ſe non ſolum preterita verum etiam futura
ſpiritu dei reuelãte cognoſcere. AVGV.
de que. euan. Per allegoriam autem hec ſic
accipi poſſunt: vt in diuite intelligãtur ſuper
bi iudeorum ignorantes dei iuſticiam ⁊ ſuaꝫ
volentes conſtituere. Purpura ⁊ byſſus di
gnitas regni eſt: ⁊ auferetur inquit a vobis
regnum dei. epulatio ſplendida iactantia le/
gis eſt: in qua gloriabantur plus ad pompaꝫ
elationis abutentes ea: qꝫ ad neceſſitatem ſa/
lutis vtentes: Mendicus autem nomine la
zarus: qui interpretatur adiutus: ſignificat in
digentem veluti gentilem aliquem aut publi
canum: qui tanto magis adiuuatur: quanto
minus de ſuarum copia facultatũ preſumit.
GREGO. in ho. Lazarus igitur vlceri
bus plenus gentilem populuꝫ figulariter ex
primit qui dum ad deum conuerſus peccata
ſua confiteri non erubuit: huic vulnus in cu
te fuit: Quid enim eſt peccatorum confeſſio
niſi quedam vulnerum ruptio: ſed lazarus
vulneratus cupiebat ſaturari d̃ micis que ca
debant de menſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat:
quia gentilem quenqꝫ ad cognitionem legis
admittere ſuperbus ille popul⁹ deſpiciebat.
⁊ quia ea verba deflueban de ſcientia quaſi
mice cadebãt de menſa. AVGV. de que.
euang. Canes autꝫ qui vlcera pauperis lin
gebant: nequiſſimi homines ſunt amantes
peccat: qui lata lingua etiam laudare non ceſ
ſant opera mala que in ſe alius gemens ⁊ cõ
fitens deteſtatur. GREGO. in home.
Nonnunquam etiam ſolent in ſacro eloquio
per canes p̃dicatores intelligi: ſm illud: Lin
gua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Ca/
num etenim lingua vulnus dum lingit cu/
rat: quia doctores ſancti dum in confeſſione
peccati noſtri nos inſtruũt: quaſi vulnus mẽ
tis per linguam tangunt. Diues autꝫ ſepul
tus eſt in inferno: in ſinum vero abrae laza/
rus ab angelis ductus eſt ideſt in ſecretaꝫ re
quiem: de qua veritas dicit: Multi venient
ab oriente ⁊ occidente: ⁊ recumbent cũ abra/
am iſaac ⁊ iacob in regno celorum. filij autꝫ
regni eijcientur in tenebras exteriores. De
longinquo autem ad videndum lazaruꝫ ocu
los diues leuat: quia dum per damnationis
ſue ſupplicia infideles in imo ſunt: fideles
quoſqꝫ ante diem extremi iudicij ſuper ſe in
requie attendunt: quorum poſt gaudia contẽ
plari nullatenus poſſunt. Longe vero eſt qd̃
conſpiciunt: quia illuc per meritũ non attin
gunt. In lingua autꝫ amplius ardere oſten
ditur: quia infidelis populus: verba legis in
ore tenuit: que opere ſeruare cõtempſit. Ibi
ergo amplius ardebit: vbi ſe amplius oſten
dit ſcire quod facere noluit. Abraam autem
filium eum vocat: queꝫ tamen a tormento nõ
liberat: quoniam huius infidelis populi pa/
tres: quia multos a ſua fide deuiaſſe conſide
rant: eos nulla compaſſione a tormentis eri/
piunt: quos tamen per carneꝫ filios recogno
ſcunt. AVGV. de que. euan. Quinqꝫ au
teꝫ fratres quos habere dicit in domo patris
ſui: iudeos ſignificat: qui appellati ſũt qnqꝫ:
quia ſub lege detinebantur que per moyſen
data eſt: qui quinqꝫ libros conſcripſit.
CHRY. Vel habuit quinqꝫ fratres ideſt
quinqꝫ ſenſus quibus ante ſeruierat: ⁊ ideo
lazarum amare non poterat: quia illi fratres
non amant paupertatem. Illi te fratres i hec
tormenta miſerunt: ſaluari non poſſunt niſi
moriantur: alioquin neceſſe eſt vt fratres ha
bitent cũ fratre ſuo. Sed quid queris vt mit
tam lazarum: habent moyſen ⁊ prophetas.
Moyſes lazarus pauper fuit: maiores diui
tias eſſe arbitratus paupertatem chriſti: qꝫ di
uitias pharaonis. Hieremias in lacum miſ
ſus pane tribulationis veſcebatur: ⁊ omnes
prophete iſtos fratres docent: ſed iſti fratres
ſaluari non poſſunt niſi aliquis ab inferis re
ſurrexerit. Iſti enim fratres anteqꝫ chriſtus
reſurgeret: me ducebant in mortem: ille mor
tuus eſt: ſed iſti fratres reſurrexerunt. nunc
oculus meus chriſtum videt: auris eum au/
dit: tactus amplectitur. Ex hoc autem quod
diximus: locum determinamus martioni ⁊
manicheo qui deſtruunt vetus teſtamentuꝫ.
Vide ergo quid dicat abraam: ſi moyſen ⁊
prophetas non audiunt. q. d. Bene facis cũ
qui reſurrecturus eſt expectando: ſed in illis

chriſtus loquitur. ſi illos audies ⁊ illum au/
diturus es. GREGO. in ho. Judaicus
autem populus quia moyſi verba ſpiritali/
ter intelligere contempſit: ad eum de quo mo
yſes locutus fuerat non peruenit. AM/
BRO. Vel aliter: Lazarus eſt pauper in
ſeculo: ſed deo diues. neqȝ enim omnis ſan
cta paupertas aut diuitie crimnoſe: ſed ſicut
luxuria infamat diuitias: ita paupertatem cõ
mendat ſanctitas. Siue apoſtolicus aliquis
pauper in verbo: locuplex in fide: qui veraȝ
teneat fidem: verborum inſulas non requi/
rit. Cui ſimilem illuȝ puto: qui ceſus ſepius
a iudeis: vlcera ſui corporis lambenda qui/
buſdam velut canibus offerebat. Beati ca/
nes in quos vlcerum taliuȝ diſtillat humor:
vt impleat cor quo cuſtodire domum: ſerua/
re gregem: cauere aſſueſcam lupos. ⁊ quia
panis verbum eſt: fides autem verbi eſt mi/
ce: velut quedam dogmata fidei ſunt myſte/
ria ſcilicet ſcripturarum. Arriani autem qui
ſocietatem potentie regalis affectant: vt im/
pugnent eccleſie veritatem nonne tibi viden
tur in quadam purpura ⁊ byſſo iacere: qui cũ
pro veris fucata defendant: diuitibus abun
dant ſermonibus. Diues hereſis euangelia
multa compoſuit: ⁊ pauper fides hoc ſolum
euangelium tenuit quod accepit. Diues phi
loſophia plures ſibi deos fecit: pauper eccle
ſia vnum deum nouit: nonne ille videntur
egene diuitie: ⁊ redundare paupertas.
AVGV. de que. euan. Aliter etiam intel
ligi poteſt illa narratio: vt lazarum dominuȝ
ſignificare accipiamus iacentem ad ianuam
illius diuitis: quia ſe ad aures ſuperbiſſi/
mas iudeorum: incarnationis humilitate de
iecit: cupiens ſaturari de micis que cadebant
de menſa diuitis ideſt querens ab eis vel mi
nima opera iuſtitie: que ſue menſe ideſt ſue
poteſtati per ſuperbiaȝ non vſurparent: que
opera quamuis minima ⁊ ſine diſciplina per
ſeuerantie vite bone: ſaltem interdum vel ca
ſu facerent: ſicut mice de menſa cadere ſolẽt.
Vlcera: paſſiones ſunt domini. Canes qui
ea lingebant: gentes ſunt quos immundos
iudei dicebant: ⁊ tamen paſſiones domini in
ſacramentis corporis ⁊ ſanguinis eius per
totum iam orbem ſuauitate deuotiſſima lam
bunt. Sinus abrae intelligitur ſecretum pa/
tris quo poſt paſſionem reſurgens aſſum/
ptus eſt dominus: quo eum portatum ab an
gelis: ideo dictum puto: quia ipſam receptio
nem qua in ſecretum patris acceſſit: angeli
annunciauerunt diſcipulis. Cetera ſecunduȝ
ſuperiorem expoſitionem accipi poſſunt: q2
ſecretum patris bene intelligitur: vbi etiam
ante reſurrectionem iuſtorum anime viuunt
cum deo.

## ¶ Feria. vj. Mathei. xxi. cap.

Homo erat paterfamilias
qui plantauit vineam: ⁊
ſepem circumdedit ei: ⁊ fo
dit in ea torcular: ⁊ edifi/
cauit turrim: ⁊ locauit eã
agricolis: ⁊ peregre profectus eſt. Cũ
autem tempus fructuum appropin/
quaſſet miſit ſeruos ſuos ad agricolas
vt acciperent fructus eius. Et agrico
le apprehenſis ſeruis eius: alium ceci
derunt: alium occiderunt: alium vero
lapidauerunt. Iterum miſit alios ſer
uos plures prioribus: ⁊ fecerunt illis ſi
militer. Nouiſſime autem miſit ad
eos filium ſuum dicens: Verebuntur
forte filium meum. Agricole auteȝ vi
dentes filium: dixerunt inter ſe: Hic
eſt heres: venite occidamus eum: ⁊ ha
bebimus hereditatem eius. Et appre
henſum eum eiecerunt extra vineam:
⁊ occiderunt. Cum ergo venerit do/
minus vinee quid faciet agricolis illis?
Aiunt illi. Malos male perdet ⁊ vi
neam ſuam locabit alijs agricolis: qui
reddant ei fructum temporibus ſuis.
Dicit illis ieſus: Nunq̃ legiſtis i ſcri
pturis? Lapidem quem reprobaue
runt edificantes hic eſt factus in caput
anguli. A domino factum eſt iſtud: ⁊
eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo di
co vobis quia auferetur a vobis re

gnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fru
ctum eius. Et qui ceciderit ſuper lapi
dem iſtum confringetur: ſuper quē ve
ro ceciderit: conteret eum.
CHRY. in ho. Poſt priorem parabolaꝫ
aliam ponit vt oſtendat eorum accuſationem
eſſe maiorem ⁊ venia indignam. vnde dici/
tur: Aliam parabolam au. Homo erat pa. q
planta. vineam. ORIGE. Homo pater
familias deus eſt qui dicitur homo i quibuſ
dam parabolis: ſicut ſi pater cum paruulo fi/
lio ſuo loquaꝛ infantilia vt deſcendat ad ver/
ba filij ſui ⁊ inſtruat eum. CHRY. ſuper
mattheum. Homo autē dicitur nomine nō
natura: ſimilitudine nō veritate: preſcius eni
filius quia ꝑpter appellationem humani no
minis quaſi homo purus fuerit blaſphemaⁿ
dus: etiam deum patrem inuiſibilem homi/
nem appellauit: qui angelorum ⁊ hominum
natura dominus eſt: beniuolentia pater.
HIERO. Plantauit autem vineam. de
qua iſaias loquitur Vinea domini Sabaoth
domus iſrael eſt. Sequitur: Et ſepem circū
dedit ei: vel murum vrbis vel angelorꝫ au
xilia. CHRY. ſuper mattheum. Vel per
ſepem intellige cuſtodiam patrum iuſtorum
qui tanqꝫ murus facti ſunt populo iſrael.
ORIGE. Vel cuſtodia dei fuit ſepes ip
ſius: torcular autem locus libationuꝫ de quo
ſequiꝛ: Et fodit in ea torcular. HIERO.
Altare ſcilicet aut torcularia illa quorum titu
lo tres pſalmi prenotantur: octauus: octogeſi
mus: octogeſimuſterius ſcilicet martyres.
HYLA. Vel prophetas quaſi quedaꝫ tor
cularia aptauit: in quos muſti modo quedaꝫ
vbertas ſpiritusſancti feruentis influeret.
CHRY. ſuper mattheum. Vel torcular
eſt verbum dei: quod cruciat hominem con/
tradicente carnis natura. Sequitur: Et edifi
cauit turrim. HIERO. ideſt templum de
quo dicitur per Micheam: Et tu turris ne/
buloſa filie ſyon. HYLA. Vel i turre emi
nentiam legis extruxit: que ⁊ in celuꝫ ex ſolo
egreſſu proueheret ⁊ ex qua ſpeculari chriſti
poſſet aduentus. Sequitur: Et locauit eam
agricolis. CHRY. ſuper matth. Quan/
do ſcilicet per legem conſtituti ſunt ſacerdo/
tes ⁊ leuite: ⁊ procurationem regendi popu/
lum ſuſceperunt. Sicut autē colonus qꝛuis
de ſuo munere obtulerit domino: non ſic eū
placat ſicut ſi de vinea eius redditus ei obtu
lerit: ſic ⁊ ſacerdos non tantum propter ſuaꝫ
iuſticiam placet deo quomodo ſi populū dei
in ſanctitate docuerit: quoniaꝫ ipſius iuſticia
vna eſt: populi autem multiplex. Sequitur:
Et peregre profectus. HIERO. Nō lo/
ci mutatōne: nec enim deus alicubi abeſſe po
teſt: quo complentur omnia: ſed abire vide/
tur a vinea: vt vinitoribus liberum operan/
di arbitrium derelinquat. CHRY. in ho.
Vel peregre profectus eſt: cum longanimi/
tatem habuit non ſemper eorum peccatis pe
nas inducens. ORIGE. Vel quia do/
minus qui fuerat cum illis in nube dici ⁊ in
columna ignis per noctem: nequaqꝫ poſtea
ſimiliter apparuit illis. In eſaia ergo iudai/
cus populus vinea nominatur: ⁊ commina
tio patriſſamilias contra vineam fit. In euā
gelio autem vinea non culpatur: ſed eius co
loni. ſed forte in euangelio vinea eſt regnuꝫ
dei ideſt doctrina que ſcripturis inſerta ē ſci
entie: vita autem irreprehenſibilis hominū:
eſt vinee fructus. Littera autem ſcripture eſt
vinee ſepes circumpoſita: vt non videantur
ab his qui foris ſunt fructus qui ſunt in ab/
ſconſo. profunditas autem eloquiorum dei ē
vinee torcular: in quod qui profecerūt de elo
quijs dei infundunt ſtudia ſua quaſi fructꝰ.
Turris autem edificata eſt verbum de ipſo
deo ⁊ de diſpenſationibus chriſti. hanc vine
aꝫ tradidit colonis ideſt populo ante nos: tā
ſacerdotibus qꝫ laycis: Et peregre profectꝰ
eſt ad ſuam profectionem dans occaſionem
colonis. Appropinquat autem tempus fru/
ctuum: ⁊ ſm vnūquenqꝫ ⁊ generaliter popu
lo vniuerſo. Primū enim vite tp̄s eſt ſm in
fantiā: ⁊ tūc nihil vinea oſtēdit: niſi tm̄ hūs
in ſe vitalē virtutē: cū aūt ceperit poſſe loqui
tp̄s eſt generationis. Quantū aūt proficit aīa
pueri ⁊ tm̄ vinea. i. verbū dei. ⁊ poſt ꝓfectū
vinea operatur fructum maturum charitatis
⁊ gaudij ⁊ pacis ⁊ huiuſmodi. Sed ⁊ popu
lo qui acceperunt legem per moyſen tempus
fructuum appropinquat aliquando. vnde ſe
quitur: Cum autem tempus fruc. appropin
quaſſꝫ miſit ſeruos ſuos ad agri. vt acci. fruc.
eius. RABA. Vnde tempus fructuū po
ſuit non prouentuꝫ. nullꝰ enim eſt fructus

populi contumacis. CHRY. in ho. Ser
uos dicit prophetas: qui offerunt quaſi ſacer
dotes domini populi fructus ⁊ obedientie
oſtenſionem per opera. Hi aūt non ſolū ma
litia potiti in non dando fructum ſed etiam i
indignando ad eos qui venerunt ⁊ ſanguie
manus impleuerunt. vnde ſequitur: Agri.
app. ſer. eius: ali. ceci. ali. occi. alium vero la
pi. HIERO. Ceciderunt quidem vt hie
remiā: occiderunt eſaiam: lapidauerunt: vt
nabot ⁊ zachariam quem interfecerunt inter
tēpluz ⁊ altare. CHRY. ſup matth. Per
ſingulos aūt grad9 malitie dei miſericordia
addebatur: ⁊ per ſingulos gradus diuine mi
ſericordie malitie iudeorum creſcebant: ⁊ ſic
contra dei clementiam malignitas humana
certabat. vnde ſequitur. Iterum miſit alios
ſeruos plu. po. ⁊ fe. illis ſimilit. HYLA.
Miſſi autem plures prioribus illud temp9
deſignat quo poſt ſingulorum prophetarum
predicationem: plurimus ſimul numerus p
phetantiuz emiſſus eſt. RABA. Vel pri
mi ſerui qui miſſi ſunt: ipſe legifer moyſes i
telligitur: ⁊ aaron prim9 ſacerdos dei: quos
ceſos flagello lingue vacuos emiſerunt. ali
os autem ſeruos prophetarum chorus intel
lige. HYLA. In filio autem ad vltimum
miſſo domini noſtri aduentus ſignificatur.
Sequitur enim: No. autem mi. ad eos fi.
ſuum. CHRY. in ho. Quare autem non
confeſtim miſit: vt ex his que ad alios fece
rant: ſeipſos accuſarent: ⁊ furorem dimitten
tes verecundarētur propter filium aduenien
tez vnde ſequit. Vere. fi. meū. CHRY.
Nunc autem miſit non quaſi ad obnoxios
pene ſententiam baiulantem: ſed penitentie
veniam miſit eos confundere non punire.
HIERO. Quod autem dicit: Vere. fi.
meum. non de ignorantia venit. Quid eniz
neſciat paterfamilias qui hoc loco deus intel
ligatur: ſed ſemper ambigere de9 dicitur vt
libera voluntas hoī reſeruetur. CHRY.
in ho. Vel hoc dicit annuncians quid fieri d
bebat: quoniam oportebat eos verecundari:
per hoc enim vult oſtendere peccatum eoruz
magnum ⁊ omni excuſatione priuatum.
ORIGE. Vel illud quod ait: Verebun
tur filium meum: videtur impletum in illis
iudeis qui intelligentes chriſtum crediderūt
in eum. Hoc autem quod ſequitur. Agri
cole autem videntes filiuz: dixerunt intra ſe:
hic eſt heres: venite occidamus eum. in illis
impletum eſt: qui videntes chriſtuz: ⁊ cogno
ſcentes filium dei: nihilominus crucifixerūt
eum. HIERO. Interrogemus Arrium
⁊ Eunomium: Ecce pater dicitur ignorare.
quicquid pro patre reſponderint: hoc intelli
gant de filio: qui ſe dicit ignorare conſumatō
nis diem. CHRY. ſuper matth. Dicunt
autem quidam: quia poſt incarnationem di
ctus eſt chriſtus filius ex baptiſmo: ſicut cete
ri ſancti: quos ex hoc loco conuincit dominus.
vbi dicitur: Mittam filium meum. Quādo
ergo adhuc cogitabat ad tranſmittendum fili
um poſt prophetas: iam filius erat: deinde ſi
eo modo dicitur filius ſicut omnes ſancti ad
quos factum eſt verbuz dei debuit ⁊ prophe
tas dicere filios ſicut ⁊ chriſtum: aut ⁊ chri
ſtum ſeruum dicere ſicut ⁊ ceteros prophe
tas. HIERO. Per hoc autem quod di
cunt: Hic eſt heres. manifeſte dominus p
bat iudeorum principes: non per ignoranti
am: ſed per inuidiam dei filium crucifixiſſe.
Intellexerunt enim eum eſſe illum cui pater
per prophetam dicit: Poſtula a me ⁊ dabo
tibi gentes hereditatem tuaz. Hereditas ꝗp
pe filio ſancta eccleſia data eſt: quam non mo
riens pater illi reliquit: ſed ipſe ſua morte mi
rabiliter acquiſiuit. CHRY. ſuper matt.
Tamen poſtq̄ꝫ introiuit in templum: ⁊ ven
dentes animalia: que ad ſacrificium pertine
bant: foras eiecit: tunc precipue cogitauerunt
eum occidere. vnde dicunt: Venite occida
mus eum: Dicebant enim intra ſe: Neceſſe
eſt vt populus per iſtum dimittat conſuetudi
nem hoſtiarum que ad noſtrum pertinent lu
crum: ⁊ acquieſcat offerre ſacrificium iuſticie
quod ad gloriam pertineat dei: ⁊ ſic iam non
erit populus iſte poſſeſſio noſtra: ſꝫ dei. Si
autem occiderimus eum: dum non eſt qui iu
ſticie fructum a populo querat: ſemper dura
bit conſuetudo offerendarum hoſtiarum: ⁊
ſic populus iſte erit noſtra poſſeſſio. ⁊ hoc ē
quod ſequitur: Et noſtra erit hereditas: hec
eſt cogitatio communis omnium ſacerdotuz
carnaliuz: qui non ſunt ſolliciti quomodo vi
uat populus ſine peccato: ſed aſpiciunt quid
in eccleſia offeratur: ⁊ hoc eſtimant ſacerdo
tij ſui lucrum. RABA. Vel hereditatem
occiſo eo preripere moliebantur iudei: cum

fidem que per eum eſt extinguere: ⁊ ſuaȝ magis que ex lege eſt iuſticiam preferre: ac gentibus imbuendis conabantur inſerere. Sequitur: Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam ⁊ occiderunt. HYLA. Chriſtus enim extra hieruſalem tanq̄ȝ extra vineam in ſententiam damnationis abiectus eſt. ORIGE. Vel quod dicit: eiecerunt extra vineā. tale mihi videtur. Quantum ad ſe alienum eum eſſe iudicauerunt a vinea ⁊ colonis. Sequitur: Cum ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis? HIERO. Interrogat quidem eos dominus: non q̄ȝ ignoret quid reſponſuri ſint: ſed vt ꝓpria reſpōſione damnētur. Sequitur: Aiunt illi: Malos male perdet: ⁊ vineam ſuaȝ locabit alijs agricolis. CHRY. ſuper matth. Quod autem verum reſponderunt non eſt illorum qui iuſte iudicauerunt: ſed ipſius cauſe: veritas enim ipſis violentiaȝ fecit. ORIGE. Sicut enim cayphas: ſic ⁊ iſti non ex ſe prophetauerunt contra ſe: quoniam tollenda ab eis erant eloquia dei ⁊ danda gentibus fructum in tempore daturis: vel dominus queȝ occiderunt ſtatiȝ venit reſurgens a mortuis: ⁊ malos quidem colonos male perdit: alijs autem colonis .i. apoſtolis vineam ſuam cōſignauit ideſt eis qui ex iudaico populo crediderunt. AVGV. de con. euan. Marcus autem hoc ab ipſis non reſponſum eſſe commemorat: ſed dominum hoc conſequenter locutum poſt interrogationem ſuam ipm̄ ſibi quodammodo reſpondiſſe. Sed facile poteſt intelligi vel illorum vocem ita ſubiectam vt non interponeretur: illi reſponderūt ſed tamen intelligeretur: aut ideo reſpōſionē iſtam domino potius attributam: quia cum verum dixerunt: etiam de illis hoc ipſe reſpondit qui veritas eſt. CHRY. in ho. Vel non eſt contradictionis: ⁊ enim vtraq̄ȝ facta ſunt: q̄ꝛ ſcilicet ⁊ ipſi p̄mo hoc reſpōderūt: ⁊ poſtea dominus intrauit. AVGV. de con. euan. Sed illud magis mouet q̄ȝ lucas non ſolum eos hoc reſpondiſſe non dicit: verum etiam contrariaȝ rettuliſſe reſponſionem. Ita enim narrat: Quo audito ſcilicet hac ſententia ex ore domini prolata dixerunt: Abſit. Reſtat ergo vt intelligamus in plebe que audiebat quoſdam reſpondiſſe qđ matheus commemorat: quoſdam vero illud quod lucas dicit ideſt abſit. Nec moueat q̄ȝ matheus principes ſacerdotum ⁊ ſeniores populi dixit acceſſiſſe ad dominum. ⁊ ſic ſine interpoſitione alicuius perſone ſermo contexitur: vſq̄ȝ ad hoc q̄ȝ de locata agricolis vinea commemoratur. Poteſt eniȝ putari omnia hec cum principibus ſacerdotum locutum fuiſſe: ſed matheus breuitatis cauſa tacuit quod lucas non tacuit: parabolaȝ ſcilicet iſtam non ad eos ſolos dictam: qui d' poteſtate interrogauerant: ſed ad plebeȝ in qua erant qui dicerent: perdet illos: ⁊ vineam ſuam dabit alijs: que vox recte etiam ipſius domini fuiſſe intelligitur: ſiue propter veritateȝ ſiue propter membrorum eius cum ſuo capite vnitatem. Erant etiam qui talia reſpondētibus dicerent: Abſit: quia intelligebant contra ſeipſos parabolaȝ eſſe dictā. CHRY. ſuper matthe. Vel aliter. Lucas quidem ſecundum reſponſionem oris eorum narrauit. Matheus ſecundum reſponſionem cordis. nam vere viſibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes. Abſit: In conſcientia autem ſuſceperunt dicentes. Malos male perdet: Sicut cum homo deprehenſus fuerit in malo: verbis quidem excuſat: intus autem eius conſciētia recognoſcit. CHRY. in ho. Vel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam propoſuit vt ipſi non intelligentes contra ſe ſententiam proferrēt: ſicut ⁊ ad dauid factum eſt per nathā. rurſus autem intelligentes que dicta ſunt contra ſe eſſe dixerunt: Abſit. RABA. Moraliter autem cuiq̄ȝ vinea locatur colenda cuȝ baptiſmi myſterium datur: q̄ȝ operando exerceat. Mittitur ſeruus vnus alter ⁊ tertius cum lex pſalmus prophetia legitur: quorum monita bene operetur. Sed miſſus ceditur ⁊ eijcitur: cum ſermo contemnitur: vel quod peius eſt: blaſphematur: Heredem quantum ad ſe occidit qui filiū dei conculcauerit ⁊ ſpiritui gratie contumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alij datur: cum donū gratie quod ſupbꝰ ſpreuerit humilis accipit. CHRY. ſuper matth. Deinde quaſi non acquieſcentibus illis teſtimonium ſcripture inducit. Sequitur enim: dicit illis ieſus. Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem quem reprobauerunt. ideſt ſi parabolam meam non intelligitis: vel iſtam ſcripturam cognoſcatis.

HIERO. Varijs autem parabolis res eedem conteruntur. quos enim ſupra operarios ⁊ agricolas appellarat. nunc edificatores ideſt cementarios vocat. CHRY. in ho. Lapidem autem chriſtum vocat: Edificatores autem doctores iudeorum qui chriſtum reprobauerunt dicentes. Hic non eſt a deo. RABA. Sed illis nolētibus ideo lapis caput anguli firmauit quia ď vtroq; populo: quotquot ipſe voluit ſua fide coniunxit. vñ ſequit̃ Hic factus eſt i caput anguli. HYLA. Eſt enim caput anguli factus: quia eſt inter legem ⁊ gentes lateris vtriuſq; coniunctio. CHRY in ho. Deinde vt diſcāt quoniam nihil eorum que fiebant: deo contrarium erat. ſubdit: A domino factum eſt. ORIGE. Ideſt iſte lapis donum eſt donatum a deo edificio vniuerſo: ⁊ admirabile caput in oculis noſtris qui poſſumus euz videre oculis mentis. CHRY. ſuper mattheum. Quaſi diceret Quare non intelligitis in cuius edificij angulo ponendus eſt ille lapis: non in veſtro quando reprobatus eſt: ſed in alio Si autem aliud edificium eſt futurum: ergo veſtra edificatio eſt contemnenda. vnde ſubdit: Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: ⁊ dabitur gentibus facientibus fructuz eius. ORIGE. Regnuz dei dicit myſteria regni dei ideſt diuinas ſcripturas quas tradidit dominus: primo quidez populo illi priori cui credita ſunt eloquia dei: ſecundo autem gentibus facientibus fructum: nemini enim datur verbum dei niſi facienti fructum de eo: ⁊ nemini in quo peccatum regnat datur regnum dei: quomodo ergo illis datum eſt: a quo ⁊ ablatum eſt? Sed conſidera quomodo quod datur intelligitur gratis datum. Quibus ergo locauit non omnino quaſi electis ⁊ fidelibus dedit. quibus autem donauit euz iudicio electionis donauit. CHRY. ſuper mattheum. Lapis autem dicitur chriſtus: non ſolum ꝓpter firmitatem: ſed etiam quia eſt inimicorum magna confractio. vnde ſequitur: Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum ⁊c̃. HIERO. qui peccator eſt ⁊ tamen in illum credit: cadit quidem ſuper lapidem ⁊ confringitur. ſed non omnino conteritur. Reſeruatur enim per patientiam ad ſalutem: ſuper quez vero ille ceciderit: hic eſt cui lapis ille irruerit: ⁊ qui chriſtum penitus negauerit: ſic conteret eum vt nec teſta quidem remaneat i qua hauriatur aque puſillum. CHRY. ſuper mattheum. Aliud eſt enim confringi: ⁊ aliud comminui: de eo enim quod confringitur: aliquid remanet. quod autem comminuitur quaſi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidem non frangitur ſecundum ꝙ eſt lapidis virtus: ſed inquantuz fortiter cadit: aut propter pondus ſuum: aut ꝓpter altitudinem caſus: ſic ⁊ chriſtianus peccans: non tantum perit quantum poteſt perdere chriſtus: ſed quantum ipſe ſe perdit per opera ſua: aut propter magnitudinem peccati: aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum quantuz poteſt eos perdere chriſtus. CHRY. in home. Vel hic duas perditiones eorum oſtendit: vnā ab eo ꝙ offenderunt ⁊ ſcandalizati ſunt quam deſignat dicens: Qui ceciderit ſuper lapidem ⁊c̃. aliam a captiuitate eis ſuperuentura: quam manifeſtat dicens: Super quem vero ceciderit. AVGV. de que. euange. Vel de his dicit qui cadent ſuper eum qui illum modo contemnunt vel iniurijs afficiūt. Ideo nondum penitus intereunt: ſed tamen confringuntur vt non recti ambulent ſuper quos cadet: dum veniat deſuper in iudicio cum pena perditionis: Ideo dixit: Conteret eos: vt ſint impij tanq; puluis quez proijcit ventus a facie terre.

¶ Et cum audiſſent principes ſacerdotum ⁊ phariſei parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipſis diceret. Et querentes eum tenere timuerunt turbas quoniam ſicut prophetam eum habebant.

HIERO. Quamuis duro corde iudei ꝓpter incredulitatem eſſent: tamen intelligebant contra ſe omnes domini ſentētias dirigi. vnde dicitur: Et cum audiſſent princi. ſacerdo. ⁊ phari. parabo. eius: cogno. ꝙ de ipſis diceret. CHRY. ſuper mattheum. Hec eſt autem differentia bonorum hominum ⁊ malorum. Bonus enim comprehenſus in peccato gemit quia peccauit: malus autem fremit: non quia peccauit: ſed quia comprehenſus eſt in peccato; ⁊ non ſolum peni-

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

ſentiam non agit: ſed magis aduerſus corri/
pientem iraſcitur. vnde ⁊ iſti comprehenſi:
magis ad maliciam ſunt excitati. Sequitur
enim: Et querentes tenere eum timuerunt
turbas: quoniam ſicut prophetam eum habe
bant. ORIGE. Sapiunt quidem aliquid
de eo quod verum eſt prophetam eum eſti/
mantes: non autem magnitudinem eius in/
telligunt ſecunduꝫ quod erat filius dei. Tur
bas autem ſic ſapientes de eo: ⁊ paratas pro
eo pugnare timent principes: neqꝫ enim ad
eorum ſcientiam pertingere poſſunt: nihil di
gnum ſentientes de eo. Deinde ſciendum
eſt: quoniam volentium ieſum tenere diffe/
rentia eſt. Aliter enim principes ⁊ phariſei
querebant euꝫ tenere: aliter ſponſa que dicit:
Tenui eum: nec dimittam. adhuc eum tentu
ra melius ſicut dicit: Aſcendam in palmam
⁊ tenebo altitudineꝫ eius. Omnes enim nō
recte ſapientes de diuinitate tenere volunt ie
ſum ⁊ perdere eum. Et alia quidem verba
preter verbum chriſti poſſibile eſt comprehē
dere ⁊ tenere. Verbum autem veritatis ne/
mo poteſt comprehendere. i. intelligere neqꝫ
tenere. i. ꝯuincere: neqꝫ ſeparare a ſenſu cre
dentium neqꝫ mortificare ideſt deſtruere.
CHRY. ſuper matthe. Omnis etiam ho
mo malus quantum ad voluntatem ſuam ⁊
manus mittit in deum ⁊ occidit eū. Qui eniꝫ
precepta dei conculcat: qui murmurat contra
deum: ⁊ turbato vultu aſpicit celum: nonne
ſi fieri potuiſſet manus mitteret in deuꝫ ⁊ oc
cideret eum: vt iam licenter peccaret? RA/
BA. Sed tamen ꝙ timent mittere manum
in ieſum propter turbam quotidie in eccleſia
geritur: cuꝫ quilibet ſolo nomine frater fidei
⁊ pacis vnitatem quam non diligit: propter
bonos cohabitantes vel erubeſcit impugna/
re vel timet.

¶ Sabbato. Luce. xv. cap.

HOmo quidam habuit du
os filios ⁊ dixit adoleſcē
tior ex illis patri: Pater
da mihi portionem ſub/
ſtātie que me ꝯtingit. Et
diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt
multos dies ꝯgregatis omnibus ado
leſcentior filius peregre profectus eſt i
regioneꝫ longinquam: ⁊ ibi diſſipauit
ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe.
Et poſtꝙ oīa ꝯſummaſſet: facta eſt fa/
mes valida in regione illa: ⁊ ipſe cepit
egere. Et abijt ⁊ adheſit vni ciuiuꝫ re/
gionis illius: ⁊ miſit illum in villam ſu
aꝫ vt paſceret porcos. Et cupiebat im
plere ventrem ſuum de ſiliquis quas
porci manducabant: ⁊ nemo illi da
bat.

AMBRO. Tres ex ordine lucas parabo
las poſuit. Ouis que perierat ⁊ inuenta eſt:
drachma perierat ⁊ inuēta eſt. filius qui erat
mortuus reuixit: vt triplici remedio prouo/
cati vulnera noſtra curemus. Chriſtus vt pa/
ſtor te ſuo corpore vehit. querit vt mulier ec/
cleſia: recipit deus pater: prima miſericordia;
ſecunda ſuffragatio; tertia reconciliatio.
CHRY. Eſt etiam inter parabolas ſu/
pradictas ratio diſtinctionis ſecunduꝫ perſo
nas vel mentes peccantium: vt pater filium
recipiat penitentem qui arbitrij ſui libertate
vtitur vt cognoſcat vnde ceciderit. Paſtor
vero ouem errantem ⁊ non ſapientem reuer
ti requirat: ⁊ humeris ſuis referat irrationa/
bili animali imprudentem hominem compa
rans: qui alieno dolo circumuentus erraue/
rat ſicut ouis. Preſens ergo parabola pro/
ponitur cum dicitur: Ait autem. Homo qui
dam habuit duos filios. Sunt qui dicant de
duobus filijs iſtis ſeniorem angelos eſſe: iu
niorem vero hominem ponunt: qui in lon/
ginquam peregrinationem abierit quando
in terraꝫ de celis ⁊ paradiſo cecidit: ⁊ aptant
conſequentia reſpicientes ad cauſam vel ſta/
tum ade. ſed hic ſenſus pius quidem vide
tur: neſcio tamen ſi verus ſit: quia iunior fi/
lius ad penitentiam venit ſua ſponte recor/
datus preterite abundantie patris ſui. Do/
minus autem veniens ad penitentiam voca
uit humanum genus dum ſponte ſua regre
di vnde ceciderat non cogitaret. deinde ſeni
or filius i reditu ⁊ ſalute fratris ſui triſtatur:
cum dominus dicat letitiam eſſe apud an/

gelos ſuper vno peccatore penitentiam agẽ
te. CYRIL. Quidam vero per ſeniorez
filium dicunt ſignificari iſrael ſm carnem: p
aliuz vero qui diſceſſit a patre: deſcribit mul
titudo gentium. AVGV. de que. euan.
Hic ergo hõ hñs duos filios: deus hñs du
os populos itelligitur: ⁊ tanꝗ̃ duas ſtirpes
generis humani: vnam eorum qui perman/
ſerunt in vnius dei cultu: alteram eorum qui
vſq; ad colendum idola deſerneru̅t deum.
Ab ipſo ergo exordio creature mortaliũ: ma
ior filius ad cultum vnius dei ꝑtinet: minor
aũt petit vt ſibi pars ſubſtantie que eũ tange
ret daret a pr̃e. vnde ſequit: Et dixit adole/
ſcentior ex illis patri: Pater da mihi portio
nem ſubſtantie que me contingit. tanꝗ̃ ani/
ma poteſtate ſua delectata id quod illi ẽ viue/
re. intelligere: meminiſſe vel ingenio alacri
excellet petit que diuina ſunt munera. hec au
tem in poteſtate ſua accepit per liberum arbi
trium. vnde ſequit: Et diuiſit illi ſubſtantiã.
THEOPHI. Hominis ſubſtantia ra/
tionalitas eſt: quam concomitat libertas arbi
trij: ⁊ ſimiliter quecu̅q; dñs dedit nobis pro
ſubſt.ãtia noſtra putabit: vt celuz terra ⁊ vni
uerſa creatura: lex ⁊ ꝓphete. AMBRO.
Vides autem q̃ diuinum patrimonium pe/
tentibus datur: nec putes culpam patris q̃
adoleſcentiori dedit nulla dei regno infirma
etas: nec fides grauatur annis. Ipſe certe ſe
iudicauit idoneum qui popoſcit: atq; vtinam
non receſſiſſet a patre impedimentum neſciſ
ſet etatis. Sequitur enim. Et non poſt mul/
tos dies congregatis omnibus adoleſcentior
filius peregre profectus eſt in regionem lon
ginquam. CHRY. Minor filius in re/
gionem longinquam profectus eſt non loca
liter a deo decedens: q vbiq; eſt: ſed affectu.
fugit. n. deum peccator: vt a longinquo ſtet.
AVGV. de ver. do. Quiſquis enim ita
vult eſſe ſimilis deo vt fortitudinem ſuaz ad
illam cuſtodiat: non ab illo recedat ei coheren
do vt cuſtodiat ſimilitudinem ⁊ imaginez ad
quam factus eſt. Porro ſi peruerſe vult imi
tari deuz vt quomodo deus non habet a quo
regatur: ſic ipſe velit ſua poteſtate vti: vt nul
lo regente viuat: quid reſtat: niſi vt recedens
a veritate vaneſcat. AVGV. de que. euã.
Quod autem non poſt multos dies dixit, fa/
ctum: vt congregatis omnibus peregre pro/
ficiſceretur in regionem longinquam: que eſt
obliuio dei. hoc eſt q: non multo poſt inſtitu
tionem humani generis placuit anime per li
berum arbitrium ferre ſecum velut quandaz
potentiam nature ſue: ⁊ deſerere eum a quo
condita eſt fides de viribus ſuis: quas vires
tanto conſumit citius: quanto eum deſeruit a
quo date ſunt. vnde ſequitur: Et ibi diſſipa/
uit ſubſtãtiam ſuam viuendo luxurioſe. Lu
xurioſam vero vel prodigaz vitã vocat amã
tem fundere atq; ſpaciari pompis exteriori/
bus intus inaneſcentem: cuz ea quiſq; ſequi
tur: que ad alia procedunt: ⁊ relinquit eum q
ſibi eſt interior. vnde ſequitur: Et poſtq̃ cõ
ſummaſſet omnia: facta eſt fames magna in
regione illa. Fames eſt indigentia verbi ve
ritatis. Sequitur: Et ipſe cepit egere. AM
BRO. Merito egere cepit: qui theſauros
ſapientie ⁊ ſcientie dei: diuitiarumq; celeſtiũ
altitudinem dereliquit. Sequitur: Et abijt ⁊
adheſit vni ciuium regionis illius. AV/
GV. de que. euan. Vnus ciuium regionis
illius aliquis aereus princeps eſt ad militiaz
diaboli pertinens: cuius villa eſt modus po
teſtatis ipſius. de qua ſequitur: Et miſit illuz
in villaz ſuã vt paſceret porcos. Porci ſunt
immundi ſpiritus qui ſub ipſo erant. BE/
DA. Porcos autem paſcere: eſt ea quibus
immundi ſpiritus gaudent: operari. Sequi
tur: Et cupiebat implere ventrem ſuum de
ſiliquis quas porci manducabant. AM/
BRO. Siliqua genus leguminis eſt: in/
tus inanis: foris mollis: quo corpus non re
ficitur: ſed iplet: vt ſit magis oneri q̃ vſui.
AVGV. de que. euan. Silique ergo qui
b9 porcos paſcebat: ſeculares doctrine ſunt:
ſteriles: vanitatem perſonantes: de quibus
laudes idolorum fabularumq; ad deos gen
tium pertinentium vario ſermone atq; car/
minibus percrepant: quibus demonia dele/
ctantur. vnde cum iſte ſatiari cupiebat: aliqd
ſolidum ⁊ rectum quod ad beatam vitã perti
neret inuenire volebat i talib9 ⁊ non poterat.
vñ ſequit: Et nemo illi dabat. CYRIL.
Sz cũ iudei multipliciter arguant i ſacra ſcri
ptura de multis criminibus: quõ populo illi
ꝯueniẽt verba maioris filij dicentis: Ecce
tot ãnis ſeruio tibi: ⁊ nunq̃ mandatũ tuũ pre/
teriui. Eſt ergo hic ſenſus parabole: Argu/
entibus cum phariſeis ⁊ ſcribis q̃ reciperet

peccatores: proponit preſentem parabolam:
in qua hominem vocat deū: qui pater ē duo⸗
rum fratrum: iuſtorum. ſ. ⁊ peccatorum quo
rum primus gradus eſt iuſtoruꝫ ab initio iu
ſticiam ſequentium. ſecundus gradus eſt ho
minum per penitentiam ad iuſticiaꝫ reducto
rum. BASILI. Facit etiaꝫ ad antiquioris
conſiſtentiam magis animus ſenilis ⁊ graui
tas ꝙ̃ꝫ canicies capillorum: nec qui ſm̄ etateꝫ
eſt iuuenis increpatur: ſed iuuenis moribus
qui ſm̄ paſſiones viuit. TYTVS. Abijt
ergo adoleſcentior nondum adultus mente:
petitqꝫ a patre id quod ei de hereditate cōtin⸗
git: vt. ſ. nō ex neceſſitate ſeruiat: ſumus. n.
animalia rationalia liberum arbitrium habē
tia. CHRY. Dicit autem ſcriptura diui⸗
dere patrem ex equo filijs duobus ſubiectaꝫ
ſuam. i. ſcientiam boni ⁊ mali: que vere ⁊ ꝑ
petue ſunt opes anime bene vtenti. Que. n.
ex deo eſt in prima natiuitate hominibus ſub
ſtantia rationalis equaliter cunctis naſcenti⸗
bus datur. De ſubſequenti autem conuerſa
tione vnuſquiſqꝫ plus aut minus huius ſub
ſtantie poſſidere inuenitur: duꝫ vnus ea que
ſumpſerit patris eſſe credens: quaſi paterna
cuſtodit: alius ſicut proprie poſſeſſionis licē
tia diſſipandis abutitur: Oſtenditur autem
libertas arbitrij: quia pater qui neqꝫ diſcede
re volentem retinuit: ne liberi arbitrij aufe⸗
rat poteſtatem: neqꝫ manere cupientem cogit
abſcedere. Abijt autem longe non locorum
tranſlatione: ſed mentis declinatione. vnde
ſequitur: Peregre profectus eſt in regionē
longinquam. AMBRO. Quid. n. lon⸗
ginquius eſt ꝙ̃ꝫ a ſe recedere: nec regionibus
ſed moribus ſeparari: etenim qui ſe a chriſto
ſeparat: exul eſt patrie: ⁊ ciuis mundi. Me
rito ergo prodegit patrimonium qui receſſit
ab eccleſia. TITVS. Vnde ⁊ denomina⸗
tus eſt prodigus diſſipans ſubſtantiam ſuā
.i. intellectum rectum: caſtimoniā: documen
ta veritatis: noticiam genitoris: memoriam
creationis: ſenſum. AMBRO. Facta ē
autem in regione illa fames non epularum
ſed bonorum operum atqꝫ virtutum q̄ ſunt
miſerabiliora ieiunia: etenim qui recedit a
verbo dei eſurit: quia non in ſolo pane viuit
homo: ſed in omni verbo dei. qui recedit a
theſauro eget. Egere ergo ideo cepit ⁊ famē
pati: quia nihil prodige ſatis eſt voluntati.

Abijt itaqꝫ ⁊ adheſit vni ciuium Qui enim
heret in laqueo eſt: ⁊ videtur ciuis iſte prin⸗
ceps eſſe iſtius mundi: Deniqꝫ ad villaꝫ ei⁹
mittitur quam emit: qui ſe excuſat a regno.
BEDA. In villam enim mitti eſt ſubiecte
mundialis cupiditate ſubiugari. AM⸗
BRO. Paſcit autem porcos illos ī quos
petiuit diabolus introire: in ſordibus ac fe⸗
tore viuentes. THEOPHI. Hos igit̄
paſcit quia alios precellit in vicio vt ſunt le⸗
nones archiydones: archipublicani: qui ali⸗
is ſūt doctores operōnis male. CHRY.
Vel ſpiritalibus deſtitutus operibus: quaſi
prudentia ⁊ intellectu porcos paſcere dicitur
hoc eſt ſordidas ⁊ immundas in anima ſua
cogitationes nutrire: ⁊ dedit eſcas irrationa⸗
biles praue conuerſationis: dulces quidem
egenti bonorum: quia ſuaue peruerſis vide
ſis que in fine ſeculi metenda eſt: ad quã met
tendã non apoſtoli ſed angeli mittent. Meſ
ſores inquit ſunt ãgeli. CHRY. Dicit er
go: Ego miſi vos metere quod vos non la/
boraſtis. q. d. Vbi minor labor eſt: maior au
tem delectatio ad hoc vos reſeruaui: ⁊ quod
laborioſius erat: hoc fuit prophetaruꝫ. ſ. mit
tere ſemina. vnde ſubdit: Alij laborauerunt
⁊ vos in labores eorum introiſtis. Per hec
omnia vult oſtendere ꝙ prophetaruꝫ volun
tas erat vt homines ad eum accederent. Et
hoc lex ordinabat ⁊ propterea illi ſeminaue/
runt vt hunc facerent fructum. Oſtendit eti/
am ꝙ ipſe illos miſit ⁊ ꝙ multa eſt cognatio
noui ad vetus teſtamentum. ORIGE.
Vel aliter totum. Qualiter quidem non eſt
inconueniẽs hoc quod eſt. Leuate oculos ve
ſtros ⁊c̃. allegorizare: Q̃ð autez dicitur. Nõ
ne vos dicitis: qm̃ quatuor mẽſes ſũt ⁊ meſ/
ſis venit non ſm̃ allegoriam tractare? Puta
mus ergo talia quedam eſſe in hoc ꝙ dicunt
diſcipuli. Quattuor mẽſes ſunt ⁊ meſſis ve
nit. Plurimi. n. diſcipuloruꝫ verbi animad
uertentes veritatem incomprehenſibilem fo
re humane nature: quando coniecerunt aliaꝫ
eſſe vitam a preſente que corruptioni quattu/
or elementorum quaſi quattuor menſiuꝫ ſubi
icitur: putant ſolum poſt hanc vitaꝫ cognitio
nem eſſe veritatis. Dicunt igitur diſcipuli ð
meſſibus que ſunt terminus operum ad ve/
ritatem conducentium: q̃ poſt inſtanteꝫ qua
ternitatem contingunt. huiuſmodi auteꝫ opi
nionẽ arguens velut non ſanam: inquit ver
bum incarnatum his qui talia ſuſpicantur:
Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor mẽ
ſes ſunt ⁊ meſſis venit? Ego auteꝫ hoc dico:
Leuate oculos veſtros. In pluribꝰ locis ſcri
pture diuine hoc legitur: iubente nobis ver/
bo diuino extollere: ac ſublimare conſideratõ
nes ⁊ cogitationes deorſum conſitas: nec va
lent erigi niſi eleuante illas ieſu: Nemo eniꝫ
conſiſtens in paſſionibus ⁊ viuens carnali/
ter hoc propoſitum ſeruat mandatuꝫ. quapro
pter qui talis eſt non videbit regiones ſi albe
ſunt ad meſſem. Albeſcunt quidem regiões
ad meſſem: cum adeſt verbum dei illuſtrãs:
ſingulas regiones ſcripture fecundans i eiꝰ
aduentu: ⁊ etiam omnia ſenſibilia ſunt quaſi
regiones albe parate ad meſſeꝫ: preſto exiſtẽ
te leuantibus oculis ratione que de quolibet
eſt: vt quiſquis fulgorem proſpiciat profuſe
vbilibet veritatis. Qui auteꝫ mittit predictas
meſſes duplex habet in metendo emolumen
tum: vnum quidem dum accipit premiũ: vn
de dicitur. Et qui metit: mercedeꝫ accipit: qð
arbitror dictum cauſa futurarum remunera/
tionum. Alterum quod ſequitur. Et congre
gat fructum in vitam eternam. Bonum ha/
bitum quoddaꝫ denotat intellectus qui ẽ fru
ctus ex ipſa ſpeculatione proueniens. Arbi/
tror autem ꝙ in qualibet doctrina ſeminat q/
dem qui principia excogitat. que ſuſcipientes
alij ac perpetrantes ſiquid noui potuerint ex
primere coniungentes fiunt ſue inuentionis
gratia: poſteris cauſa: vt metendo quaſi ma/
turos fructus aggregent: Quanto auteꝫ ma
gis hoc in arte artium expedit contemplari:
Siquidem ſeminantes ſunt moyſes ⁊ pro/
phete preuenientes aduentum chriſti. Metẽ
tes autem ſunt apoſtoli qui chriſtum ſuſcepe
runt ⁊ gloriam eius perſpexerunt. Semen
autem erat tota ratio ſecundum reuelationeꝫ
myſterij temporibus preteritis ebfuſcati ſilẽ
tio: regiones autem ideſt legales ac prophetı
ce ſcripture nondum albuerant his qui aduẽ
tus verbi nequaquam extiterunt capaces.
Quod autem ſimul ſerens ⁊ metens gau/
deat erit: cum priuatio meroris ⁊ anguſtie
in futuro fiet ſeculo: dum etiam ieſus tranſ/

figuraretur in gloria: ſimul cum meſſoribus petro iacobo ⁊ ioanne moyſes ⁊ helyas ſatores pariter gaudent in videndo filij dei gloriam. Attende tamen ſi hoc quod dico alias ⁊ alias intelligi poteſt: propter aliam ⁊ aliam vite conuerſationem in qua homines iuſtificati ſunt vt liceat dicere alium quidem legis cultorem: aliuꝫ vero euangelij: ⁊ tamen exultant ſimul dum idem finis ab vno deo per vnum chriſtum in vno ſpiritu ſancto reponitur. Ad labores autem prophetarum ⁊ moyſi aduenerunt apoſtoli inſtruente ieſu: metentes ac in horrea colligentes anime ſue intellectum in ſcripturis illorum reconditū: ⁊ ſemper qui debite capiunt diſciplinam priorum labores ad maiorem euidentiam trahunt: nō tantum laborantes ſunt hi qui ſemina condiderunt.

¶ Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum ſamaritanorum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quecunque feci. Cum veniſſent ergo ad illuꝫ ſamaritani rogauerunt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter ſermonem eius. Et mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelaꝫ credimus. Ipſi enim audiuimus ⁊ ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mundi.

ORIGE. Poſtq̄ȝ dicta ſunt diſcipulis que tractata ſunt: reſumit ſcriptura ď his qui venerant de ciuitate ad ieſum: ⁊ crediderant per teſtimonium mulieris. CHRY. Sicut autem in meſſe cum facilitate fructus congregantur: ⁊ in momento vno area manipulis repletur: ita ⁊ nunc fit: vnde dicitur: Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum ſamaritāorum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quecunqȝ feci. Conſiderabant eniꝫ ꝙ nequaq̄ȝ mulier gratanter cum admirata eſſet: qui eius delicta redarguerat: niſi magnus qs eſſet ⁊ excellens qui predicabatur ab illa. Sic ergo ſolo mulieris teſtimonio credētes ⁊ nullum ſignum videntes exierunt deprecantes chriſtuꝫ vt apud eos maneret: ⁊ hoc eſt quod ſequitur: Cum ergo veniſſent ad illuꝫ ſamaritani: rogauerunt euꝫ vt ibi maneret. Iudei vero miracula videntes non detinuerunt eū apud ſeipſos: ſed omnia egerunt vt a regione eorum eum abijcerent: nihil enim liuore ⁊ inuidia deterius: nihil inani gloria difficilius: que infinita corrumpere conſueuit bona. Et quidem ſamaritani volebant euꝫ ſemper ſecum detinere: ipſe autem hoc non ſuſtinuit: ſed ſolum manſit ibi duobus diebus. ⁊ poſt hec quod ſubditur: Et manſit ibi duos dies. ORIGE. Non incongrue autem aliquis illud obijciet: quomodo rogatus ſaluator cum ſamaritanis manet: qui iuſſit ciuitatem ſamaritanorum non ingredi? Palam enim quoniam ⁊ diſcipuli eius cuꝫ eo ingreſſi ſunt. Ad quod dicendum ꝙ in viam gentium pergere eſt imbui gentili dogmate ⁊ in illo ambulare. Ciuitatem vero ſamaritanoruꝫ intrare eſt acceptare falſam doctrinam recipientum legales: prophetica: ⁊ euangelicos: ⁊ apoſtolicos ſermones. Cum autem deſeruerint propriam doctrinam ⁊ venerint ad ieſum licet cum eis manere. CHRYSO. Et iudei quidem etiam ſignis viſis inconrecti manſerunt. hi autem ⁊ ſine ſignis multaꝫ circa eum fidem demonſtrauerunt: ſoluꝫ eni verba audierunt: vnde ſequiť: Et multo plures crediderunt propter ſermoneꝫ eius. Cuius igitur gratia hec verba non dicunt euangeliſte: vt diſcas quoniam multa magnorū tranſcurrerunt: a fine vero totuꝫ oſtenderūt: ſuaſit enim toti ciuitati per ea que dicta ſunt. Vbi auteꝫ auditores non perſuadentur: tūc euāgeliſte coguntur dicere ea que dicta ſunt: ne quod eſt ex indeuotione auditorum: imputet quis defectui predicantis: ipſi autem diſcipuli chriſti iam facti magiſtram repulerunt. vnde ſequitur: Et mulieri dicebant: quia iaꝫ non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus ⁊ ſcimus quia hic eſt vere ſaluator mundi. Vide autem qualiter confeſtim intellexerunt ꝙ orbem terrarum liberare venerat: ⁊ ꝙ ad communem ſalutem veniens non debebat in iudeis ſuam concludere prouidentiaꝫ: ſed vbiqȝ ſeminare ſermonē. Dicentes etiam ꝙ eſt ſaluator mundi: oſtenderunt ꝙ mundus perditus erat: in magnis malis exiſtens: ⁊ quidem venerunt ſaluare prophete ⁊ angeli: ſed hic eſt vere ſaluator: q

ſalutem tribuit non ſolum temporaneam ſed
eternam. Vide etiam qualiter audientes mu
lierem dubitanter dicentem: Nunquid hic ẽ
chriſtus: non dixerunt hi: Quoniam nos ſu
ſpicamur: ſed quoniam ſcimus: ⁊ non ſim-
pliciter: ſed quoniã hic eſt vere ſaluator mũ
di: non quaſi vnum ex multis chriſtum con-
fitentes: ſolum verba audierunt ⁊ hoc dixe-
runt quod dicere habebant ſi miracula mul-
ta ⁊ magna vidiſſent. ORIGE. Ceterũ
ſi meminimus predictorum: non difficile eſt
conijcere quomodo cum repererint verbum
ſyncerum alias diſciplinas relinquunt quaſi
dogmatum ciuitatem: de qua egredientes ſa
lutifere credunt: ⁊ puto ſtudioſe protuliſſe io
annem: cum non dixit: Rogabant eum ſa-
maritani intrare tantum ſamariam vel igre-
di ciuitatem: ſed etiam ibi manere. Manet
nãq̃ ieſus penes deprecantes: ⁊ preſertim
quotiens qui precantur exeunt ciuitatẽ ⁊ ver
ſus eum veniunt. AVGV. Manet apd'
eos biduo: hoc eſt dat illis duo precepta cha-
ritatis. ORIGE. Neq̃ eni capaces erãt
tertie diei eius: non enim erant auidi miracu
loſum quid cernere: quale qui fuerant i cha
na galilee poſt triduum cum ieſu conuiuan-
tes. Initium autem credendi multis fuit mu
lieris verbũ. non enĩ ſic per ſeipſũ verbũ cõ
ficitur illuminãs capientem: velut cũ alteri⁹
dicto ſibi teſtimoniũ perhibet. AVGV.
Sic ergo chriſtũ cognouerũt. primo p̱ famã.
poſtea p̱ preſentiã: ſicut agitur hodie cũ eis
qui foris ſunt: ⁊ nondũ ſunt chriſtiani: chri-
ſtus nunciatur per chriſtianos amicos: tãq̃
illa muliere hoc eſt eccleſia nunciante ad xp̃m
veniũt: credũt per iſtã feminã: ⁊ multo plu-
res ⁊ firmius in eo credunt: quoniam vere
ſe eſt ſaluator mũdi. ORIGE. Impoſſi
bile eſt nãq̃ eãdem circa intellectũ fieri paſ
ſionem videnti: ⁊ ei qui per videntẽ inſtrui
tur: magiſq̃ eſt per ſpem ambulare q̃ per
fidem. vnde hi non ſolum teſtimonio homi-
nis: ſed ob ipſam quoq̃ veritatẽ credunt.

¶ Sabbato: Joannis. viij. ca.

IEſus autẽ perrexit i mõ
tẽ oliueti: ⁊ diluculo ite
rum venit in templum: ⁊
omnis popul⁹ venit ad
eum: ⁊ ſedẽs docebat eos

Adducunt autẽ ſcribe ⁊ phariſei mu
lierem in adulterio deprehenſã: ⁊ ſta
tuerunt eam in medio: ⁊ dixerunt ei:
Magiſter: hec mulier modo depre-
henſa eſt in adulterio. In lege autem
moyſes mãdauit nobis huiuſmodi la
pidare. Tu ergo quid dicis? Hoc au
tem dicebant tentantes eum: vt poſſẽt
accuſare eum. Jeſus autem inclinans
ſe deorſum: digito ſcribebat in terra.
Cum autem perſeuerarent interro-
gantes. erexit ſe ⁊ dixit eis. Qui ſine
peccato eſt veſtrum primus in illã la-
pidem mittat. Et iterum ſe inclinans
ſcribebat in terra. Audientes autem
vnus poſt vnum exibant incipientes
a ſenioribus: ⁊ remanſit ſolus ieſus: ⁊
mulier in medio ſtans. Erigens autẽ
ſe ieſus dixit ei: Mulier vbi ſunt qui
te accuſabant? Nemo te condemna-
uit? Que dixit: Nemo domine. Di-
xit ei ieſus: Nec ego te condemnabo.
Vade ⁊ iam amplius noli peccare.
ALCVI. Dñs maxime circa ſuã paſſio
nem hãc ſibi effecerat cõſuetudinẽ: vt in die
quidẽ i tẽplo quod erat hieroſolymis verbũ
dei predicaret: ſigna ⁊ miracula oſtẽderet: ſe
ro reuertebatur in bethaniam: vbi apud ſo-
rores lazari hoſpitabatur: ⁊ mane iterum ad
ſimile opus reuertebatur. Igitur ſm hũc mo
rem cum in vltimo die ſcenophegie tota die
in templo predicaſſet: veſpere perrexit i mõ
tẽ oliueti. ⁊ hoc eſt quod dicitur. Jeſus autẽ
perrexit in montem oliueti. AVGV.
Vbi enim decebat docere chriſtum niſi i mõ
te oliueti: in monte vnguenti: in monte chri-
ſmatis. chriſti enim nomen a chriſmate dic-
tum eſt. Chriſma autem grece: latine vnctio
nominatur. Ideo autem nos vnxit: quia lu-
ctatores contra diabolum fecit. ALCVI.
Vnctio enim olei feſſis ⁊ dolentibus mem-
bris ſolet afferre leuamen. Mons etiam oli
uarũ ſublimitatem dominice pietatis deſi-
gnat: oleos grece: latĩe miſericordia. Natura
quoq̃ olei myſterio aptiſſime congruit: ſup

fertur enim omnibus liquoribus: ⁊ ſicut ait
pſalmiſta: Miſerationes eius ſuper omnia
opera eius. Sequitur: Et diluculo iterū ve/
nit in templum. vt ſcilicet miſericordiam eiꝫ
incipiente noui teſtamenti lumine: fidelibus
in tēplo vꝫ ſuo pādēdāqꝫ ꝓbēdāqꝫ ſignaret.
Q. d. n. diluculo redibat exortū noue gratie d
ſignat. BEDA. Significatur autē q̄ poſt/
q̄ꝫ per gratiam cepit inhabitare i templo ſuo
ideſt in eccleſia: ex omnibus gentibus credi
derunt in eum. vnde ſequitur. Et omnis po
pulus veniebat ad eum ⁊ ſedens docebat
eos. ALCVI. Seſſio humilitatem in/
carnationis inſinuat. Sedente ergo domi/
no ad eum venit populus: q2 poſtquā p ſu/
ſceptam humanitatem viſibilis apparuit: ce/
perunt eum multi audire ⁊ in eum credere:
quē p humanitatē ſibi proximū meminerāt.
Manſuetis aūt ⁊ ſimplicibus ſermonē dn̄i
admirantibus: ſcribe ⁊ phariſei interrogāt:
nō vt diſcant: ſed vt veritati laqueos nectant
vñ ſeqˀ. Adducūt aūt ſcribe ⁊ phari. mulie. i
adul. depre. ⁊ ſtatu. eam in medio: ⁊ dixe. ei.
Magiſter hec muli. depre. eſt modo i adul/
terio. AVGV. Animaduerterāt eni eiꝫ
nimium eſſe mitē. De illo quippe fuerat an/
te predictum: Procede ⁊ regna: ꝓpter veri
tatē ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſtitiam. Ergo at/
tulit veritatē vt doctor: manſuetudinem vt li
berator: iuſtitiam vt cognitor. Cū loquereť:
veritas agnoſcebať. cū aduerſus inimicos n̄
moueretur manſuetudo laudabať. In tertio ḡ
iuſtitia ſcilicet ſcandalum poſuerunt. Dixe/
runt enim apud ſeipſos. Si eam dimitti cē/
ſuerit: iuſtitiā non tenebit. lex enim qđ iniu
ſtum erat iubere non poterat: ⁊ ideo legem i
ducunt dicentes: In lege autē moyſes māda
uit nobis huiuſmodi lapidare. vt autē man/
ſuetudinem non perdat in qua iam populis
amabilis factus eſt: eā dimitti debere dictu/
rus eſt. vnde eius ſententiam requirūt dicen/
tes: Tu ergo quid dicis: Hinc nos inuenie
mus ad accuſandū occaſionem ⁊ reū faciemˀ
tāqꝫ legis preuaricatorē: vnde euāgeliſta ſub
dit: Hec autē dicebant tē. eum vt poſ. accu.
eū. Sed dn̄s in reſpondēdo ⁊ iuſticiā ſer/
uaturus ē: ⁊ a manſuetudine nō receſſurus.
Sequitur enim: Jeſus aūt incli. ſe deorſum
digi. ſcribe. in terra. AVGV. de cō. euā.
Tāqꝫ illos tales in terra ſcribendos ſignifi/
caret: non in celo vbi monuit diſcipulos vt
ſe ſcriptos eſſe gauderent: aut q̄ ſe humiliā/
do quod capitis inclinatione monſtrabat: ſi/
gna in terra faceret: aut q2 iam tempus eſſet:
vt in terra que fructū daret: non in lapide ſte
rili: ſicut antea lex eius conſcriberetur. AL
CVI. Per terrā eni cor humanum oſten
ditur quod bonarū vel malarū actionum ſolet
reddere fructus. per digitum autem qui arti
culorum compoſitione flexibilis eſt: ſublimi
tas diſcretionis exprimitur: Nos ergo in/
ſtruit: vt cum quelibet mala proximorū con/
ſpicimus nō ſtatim ea temere damnemˀ: ſed
prius ad cōſciētiā cordis humiliter reuerſi:
digito diſcretionis ea ſollicite diſquiramus.
BEDA. Quātū etiā ad hiſtoriam ptinet
per hoc q̄ digito ſcripſit in terra. illum ſe fo
re monſtrauit qui quōdam legē in lapide ſcri
pſit. Sequitur. Cum autem perſeuerarent i
terrogantes eum erexit ſe. AVGV. Nō
dixit: non lapidetur: ne contra legem dicere
videretur. Abſit autem vt diceret lapidetur.
venit enim non pdere quod inuenerat ſed
querere quod pierat. Quid ergo reſpondit.
Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in il/
lam lapidem mittat. Hec vox iuſtitie ē: pu/
niatur peccatrix ſed non a peccatoribus: im/
pleatur lex: ſed non a preuaricatoribus le/
gis. GREGO. viij. mora. Qui eni pri
us ſemetipſum non iudicat: quid in alio rec/
tum iudicet ignorat: Et ſi nouit etiam per
auditum: recte tamen aliena merita iudicare
non valet cui conſcientia innocentie ꝓprie nł
lam iudicij regulam prebet. AVGV. Cū
ergo eos telo iuſticie percuſſiſſet: nec digna
tus eſt cadentes attendere: ſed auertit ab eis
obtutum: vnde ſequitur. Et iterum ſe incli/
nans ſcribe. i terra. ALCVI. Poteſt ēt
intelligi feciſſe hoc dominus iuxta conſuetu
dinem: vt quaſi aliquid agens vltu intēdēs
in aliud: liberam eis exeundi facultatem da
ret. In hoc etiam figurate admonet: vt ⁊ pri
uſqꝫ peccantem fratrem corripiamus ⁊ poſt
adhibitam correctionem diligenter perpen/
damus: vtrū ipſi peccatis de quibus alium
caſtigamus aut i alijs: obnoxij ſimˀ. AV/
GV. Sic igitur illi voce iuſticie tanqꝫ telo
percuſſi ſeſe inſpicientes ⁊ reos inueniētes:
vnus poſt vnum omnes receſſerunt. ⁊ hec
eſt quod ſubditur. Audientes autē hec: vnˀ

poſt alium exibant: incipientes a ſenioribꝰ. GLO. Qui forte magis rei erãt vł magis culpas ſuas cognoſcebãt. AVGV. Reliєti ſunt autẽ duo: miſeria ⁊ miſericordia: nã ſequitur. Et remanſit ſolus ieſus ⁊ mulier ĩ medio ſtans. Credo territa eſt illa mulier: ab illo ſe puniendam ſperabat. in quo peccatũ inueniri non poterat. Ille autem qui aduerſarios eius repulerat lingua iuſticie leuans in illam oculos manſuetudinis interrogauit eam: vnde ſequitur. Erigens autem ſe ieſus dixit ei: Mulier vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? que dixit. Nemo domine. Audiuimus ſupra vocem iuſticie: audiamus nunc manſuetudinis: nam ſequitur Dixit ei ieſus. Nec ego te condemno a quo te forte condemnari timuiſti: quia ĩ me peccatum non ĩueniſti. Quid eſt Domine? Faues ergo peccatis? non plane. Attende quod ſequitur: Vade ⁊ amplius noli peccare. Ergo ⁊ dominus damnauit: ſed peccatũ: non hominem: nam ſi peccatorum auctor eſſet diceret: Vade ⁊ viue vt vis: de mea liberatione eſto ſecura. Ego te quãtũcũqꝫ peccaueris etiam a gehẽna ⁊ inferni tortoribus liberabo: non hec dixit. Intendant ergo qui amant in domino manſuetudinem: ⁊ timeãt veritatem. Etenim dulcis ⁊ rectus dominus.

## Dominica. iiij. Joannis. vi. ca.

Abijt ieſus trans mare galilee: quod eſt tyberiadis. Et ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna que faciebat ſuper his qui infirmabãtur. Subijt ergo in montem ieſus: ⁊ ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum paſcha dies feſtus iudeorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus: ⁊ vidiſſet: quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiũt eis: vt vnuſquiſqꝫ modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius andreas frater ſimonis petri: Eſt puer vnus hic qui habet quinqꝫ panes ordeaceos ⁊ duos piſces: Sed hec quid ſunt inter tantos? Dicit ergo ieſus: Facite homines diſcumbere: Erat autem fenum multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinqꝫ milia. Accepit ergo ieſus panes ⁊ cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus. Similiter ex piſcibus quantum volebant. Vt autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis: Colligite que ſuperauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo: ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quiqꝫ panibus ordeaceis que ſupfuerũt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat ſignũ dicebant: Quia hic ẽ vere ꝓpheta qui venturus eſt in mundum.

CHRY. Sicut iacula cum in durum aliquid inciderint cum multo impetu iaciuntur: cum autem non habuerint aliquid obuians: diſſoluitur cito immiſſio ⁊ quieſcit: ita ⁊ ſi cum audacibus hominibus impetuoſe inceſſerimus ſeuiunt magis. Si autem ceſſerimus facile mollimus eorum inſaniam. Propterea chriſtus furorem ex premiſſis ſermonibus natum ſecedendo mitigauit: in galileam vadens: non tamen ad eadem loca vnde in hieruſalem aſcenderat. non enim in chana galilee: ſed vltra mare iuit. vnde ait: abijt ieſus trãs mare galilee qđ ẽ tyberiadis. AL. Hoc mare pro diuerſitate locoꝝ diuerſis noibꝰ vocat̃ ſꝫ ꝗ̃tũ ad preſentẽ locũ mare galilee ꝓpter prouinciã: tyberiadis ãt a

ciuitate dicit. Mare aūt dicit: non q2 ſit ama ra aqua: ſed iuxta hebraicū modū oium ꝯgregatiões aquaꝝ maria vocant. Quod mare dñs ēt frequenter tranſit vt populis ibi manētib⁹ ꝟbū pdicationis ipendat. THEO. Tranſit. n. de loco ad locū ꝓbando populi volūtatem: ⁊ auidiores hoīes vniuſcuiuſqꝫ ciuitatis: ⁊ ſollicitiores reddēs. vnde ſequitur: Et ſeq. eum mul. ma. q2 vide. ſi. q̄ fa. ſup his q infirmabant. ALCVI. Scilicet q cecos illuminabat: ⁊ alia huiuſmodi. Et ſciendū ē q quoſcunqꝫ in corpore ſanabat: eos pariter reformabat in aīa. CHRY. Tāta aūt doctrina potiētes a ſignis magis mouebant: q groſſioris mētis erant. Signa. n. vt ait paulus nō ſunt data fidelibus ſꝫ infidelib⁹. Sapientiores aūt erāt illi de qbus i mattheo dr: q ſtupebant in doctrina eius. Sꝫ quare non dicit q̄ ſigna videbant eū facientē. qm̄ hic euāgeliſta maiorē partē libri in ſermonibus dñi ꝯſumere ſtuduit. Sequit Subijt g̃ i montē ieſus ⁊ ibi ſede. cū diſci. ſuis. In montē qdē aſcendit pp ſignū qd fieri debebat. Sꝫ q diſcipulos ſecū aſcendere fecit: accuſatio multitudinis erat non ſequentis eū. Aſcendit ēt in montē: erudiens nos a tumultibus ⁊ ab ea q̄ in mūdo ē turbatione qeſcere: aptū. n. ad philoſophiā ſolitudo ē. Sequit: Erat aūt, primū pa. di. fe. iu. Vide qualr in anno integro nihil plus euāgeliſta nos docuit de ſignis chriſti q̄ꝫ q paralyticū ſanauit ⁊ filiū reguli. n̄. n. ſtuduit vniuerſa annunciare ſꝫ ex multis magna ⁊ pauca. Qualr igit non aſcendit ad diē feſtum: paulatim enim ſoluebat legē occaſionem capiens a iudaica nequitia. THEO. Quia. n. iudei cū pſequebant: occaſionem receſſus accipiens legē excluſit: innuens obſeruantibus q veritate adueniente: oīs ceſſat figura. ⁊ q legibus non ſubycit: vt legalia feſta pficeret: ⁊ vide hoc qd non erat feſtū chriſti: ſed iudeoꝝ. BEDA. Siquis aūt verba euangeliſtarum diligenter ꝯſiderauerit facile cognoſcet: q2 vnius anni ſpacium fuit inter decollationē ioannis ⁊ paſſionē dñi. Cū. n. matheus dicat: q2 dñs audita nece ioannis ſeceſſit in deſertum locum: ⁊ ibi turbas pauit: ⁊ ioannes dicit q proximū erat paſcha iudeoꝝ qn̄ turbas pauit: aperte demonſtrat q2 iminente paſcali feſtiuitate decolatus eſt ioannes. Euoluto aūt vnius āni ſpacio paſſus eſt chriſtus in eadē feſtiuitate Sequit: Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus ⁊ vidiſ. q2 multi. max. ve. ad eū dixit: ad phi. vnde eme. pa. vt man. hi. Dixit cum ſubleuaſſet oculos ieſus vt diſceremus q oculos nō erigebat huc atqꝫ illuc ſed pudice ſedebat attentus cum diſcipulis ſuis. CHRY. Neqꝫ etiā ſimpliciter ſedebat cum diſcipulis ſuis: ſed diligenter loquens aliquid eis ⁊ eos ad ſeipſum conuertens. Deinde reſpiciens vidit turbam ad ſe venientem. Cuius igit gratia philippum interrogat: ſciebat. n. q diſcipuloꝝ ei⁹ ꝯgregatio ampliori indigebat doctrina. Talis aūt erat philippus qui poſtea dixit. Oſtende nobis patrem ⁊ ſufficit nobis. propterea igitur prius eum erudiebat. Nam ſi ſimpliciter factum eſſet miraculū non tantum appareret: nunc aūt prius cogit confiteri inopiam vt certius diſcat miraculi magnitudinem. vnde ſequitur: Hoc aūt dice. tē. eū. Non qdē ignorans id qd debebat ab ipſo dici; ſed humane hoc dictū eſt. Sicut enim q dr: Qui ſcrutat corda hoīum: non oſtendit ignorantie ſcrutationē ſꝫ certiſſime cognitōis: ita cū hic dicat. q tentauit eū: nihil aliud dicit q̄ꝫ quoniā ſciebat certiſſime. Sed ⁊ aliud eſt dicere quoniā probatiorem eum faciebat: per talem interrogationem inducens in certiſſimam ſigni cognitionem propter hoc ⁊ euangeliſta ne infirmitate locutionis minorationem aliquam ſuſpiceris ſubiungit: Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. ALCVI. Interrogat igitur nō vt ignorata diſcat: ſed vt diſcipulo adhuc rudi propriam tarditatem oſtendat. quam ipſe in ſe perpendere non valebat. THEO. Vel etiam vt alijs ipſum oſtenderet: non tā q̄ꝫ cor eius ignorans. AVGV. d cō. euā. Sed ſi dominus ſm narrationem ioannis, pſpectis turbis queſiuit a philippo tētans eū. vnde illis eſce dari poſſent: pōt mouere quomodo ſit verum quod alij narrauerunt p⁹ dixiſſe domino diſcipulos: vt dimitteret turbas. Quibus ille reſpondit ſm matheum: Non habent neceſſe ire: date eis vos māducare. intelligit igit poſt hec verba dominum inſpexiſſe multitudinē ⁊ dixiſſe philippo: qd ioannes cōmemorat: alij aūt pretermiſerunt. CHRY. Vel aliter: Alia quidē ſunt illa: alia autem ſunt hec non eiſdem facta temporibus. THEO. Philippū igit dñs tētās

vtrum fidem haberet inuenit cum adhuc hu
manis paſſionibus ſubiacentem: quod pa/
tet ex hoc quod ſequitur: Reſpōdit ei philip
pus. Ducentorum denariorum panes non
ſufficiunt eis: vt vnuſquiſqꝫ modicū quid ac
ci. ALCVI. In quo tarditatem ſuā oſtē
dit. nam ſi perfecte de creatore intelligeret: ꝺ
eius potentie largitate non diffideret. AV/
GV. de con. euā. Qꝺ aūt philippus h apꝺ
ioannē reſpondet: hoc marcus a diſcipulis
reſponſum eſſe cōmemorat: volens intelligi
hoc ex ore ceterorꝫ philippū reſpōdiſſe: q̄zq̄
ꝛ pluralem numerum pro ſingulari vſitatiſ/
ſime ponere potuerit. THEO. Sed ꝛ an
dreā dn̄s ſimilē philippo inuenit: q̄zuis altꝰ
de illo cōtēplantē. Sequit̄ eni. Dicit ei vnꝰ
ex diſcipulis eius Andreas fra. ſimo. petri
Eſt puer hic qui habet quīqꝫ panes hordea.
ꝛ duos piſces. CHRY. Eſtimo quidem
non ſine cauſa id eum dicere: ſed q: audiue/
rat ſignum quod heliſeus de panibus horde
aceis fecerat: pauit enim de. xx. panibꝰ cen/
tum homines. Aſcendit igitur mente in ali/
quod excelſum: ſed ad ſūmū non potuit per/
uenire: quod patet per hoc quod ſubdit: Sꝫ
hec quid ſunt inter tantos? Eſtimabat enim
ꝙ de paucioribus pauciora: ꝛ de pluribꝰ plu
ra facturus eſſet qui miracula faciebat: ſꝫ hoc
nō erat verū. Similiter enim ei facile erat ꝛ
ꝺ pluribus ꝛ de paucioribus paſcere turbas
nō enīꝫ materia ſubiecta indigebat: ſed ne vi
derent̄ creature aliene eſſe ab eius ſapientia
ipſis creaturis vtitur ad materiam miraculo
rum. THEO. Confundātur manichei q
dicunt ꝙ panes ꝛ omnia huiuſmodi creata
ſunt a malo deo: q: boni dei filius ieſus xp̄s
panes multiplicauit. nam ſi creature male fu
iſſent: nequaquā bonus mala multiplicaſſet.
AVGV. de con. euan. Qꝺ aūt andreas
apud ioannem de quinqꝫ panibus ꝛ duobꝰ
piſcibus ſuggeſſit: hoc ceteri pluralem nu/
merum pro ſingulari ponentes ex diſcipulo
rum perſona retulerunt. CHRY. Diſca
mus autem hic qui voluptati attendimꝰ: que
comedebant mirabiles viri illi ꝛ magni: ꝛ q̄zti
tatem eorꝫ que inferebant̄: ꝛ vtilitatē men/
ſe eorum. Nondum autem apparentibꝰ pa/
nibus iuſſit eos diſcumbere: vt diſcas quoni
am nō entia vt entia ei ſubſiſtunt: ſicut paulꝰ
ait: Qui vocat ea que non ſunt: tāqꝫ ea que
ſunt: Sequitur enim. Dicit eis ieſus: facite
ho. diſcumbere. ALCVI. Ad litterā ho/
mines diſcumbere dicimus iacende comede
re more antiquo. vnde ſequitur. Erat autem
fenum multum in loco. THEO. i. herba
viridis. Erat enim paſcha ꝙ in primo men
ſe veris perficiebatur: Sequitur. Diſcu. er/
go viri nu: quaſi quinqꝫ milia. Soli viri nu/
merantur ab euangeliſta: q: legalem conſue/
tudinem ſequebatur: Etenim moyſes a. xx.
annis ꝛ ſupra populum cōnumerauit nulla
mentione de mulieribus facta: inuens ꝙ oē
quod virile eſt ꝛ iuuenile dignum ꝛ honora
bile eſt apud deum. Sequitur Accepit ergo
ieſus panem: ꝛ cum gratias egiſſet diſtri. di
ſcū. ſimiliter ex piſcibus quātum volebant.
CHRY. Sed quare paralyticum debens
ſanare non orat: neqꝫ ſuſcitans mortuos: ne
qꝫ mare quietans: hic aūt orat gratias agēs:
vt ſcilicet oſtendat eos qui comeſtionem inci
piunt gratias agere oportere deo. Sed ꝛ ali
ter in minoribus maxime orat: vt diſcas ꝙ
non propter indigentiā orat. Si enim indi/
geret orare multomagis in maioribus hoc fe
ciſſet. Quia vero illa ex auctoritate facit: ma
nifeſtum ē ꝙ hic cōdeſcendēdo nobis orat.
ꝛ adhuc quoniā turba multa erat pſēs: opor
tebat eis ſuaderi ꝙ ſm̄ voluntatē dei adue/
nerat: ꝛ ideo cum occulte aliquod miraculū
faciebat: non orabat: ſed coram multis ora/
bat. ne crederent ꝙ eſſet deo contrarius.
HYLA. iij. ꝺ tri. Quinqꝫ igitur panes of
feruntur turbe ꝛ frāgūtur: ſubrepūt in fran/
gentiū manus quedā fragmētorū procreatio
nes. nō iminuitur vnde prefringitur: ꝛ ta/
men prefringentis manū fragmenta occu/
pant: nō ſenſus: nō viſus profectum tā con
ſpicabilis operatōnis aſſequitur eſt quod nō
erat. videtur qꝺ nō intelligitur: ſolū ſupereſt
vt deus omnia poſſe credatur. AVGV.
Vnde enim multiplicat de paucis granis ſe
getes: inde i manibꝰ ſuis multiplicauit qn/
qꝫ panes: ptās. n. erat i manibꝰ xp̄i: pāes āt
illi quinqꝫ quaſi ſemina erant: non quidē ter
re mandata: ſed ab eo qui terrā fecit multi/
plicata. CHRY. Vide autem quanta eſt
ſerui ꝛ domini differentia. nam prophete q̄ſi
ex menſura habentes gratiam ita miracula
faciebant. chriſtus autem abſoluta virtute fa
ciens cum multa ſuperabundātia omnia ope

rabatur. Sequitur: Vt autem imple. ſūt: di/
xit diſcipulis: Colli. que ſuper. frag. ne pe/
reāt. Collegerunt ergo ⁊c. Nō q̄dē hec oſtē
tatio ſuperflua fuit: ſed ne phantaſiā exiſtia/
rēt qđ factū eſt. propter quod etiā ex ſubiecta
materia miraculū fecit. Sed quare nō turbis
dedit fragmenta portanda: ſ; diſcipulis: q̄m
hos maxime erudire volebat: q orbis terrarꝝ
debebant eſſe magiſtri. Ego aūt non ſolum
admiror multitudinem panum que facta ē:
ſed ⁊ certitudinē ſuperfluorꝝ: q2 neq; plꝰ ne/
q; minus fecit ſuperfluū eſſe: ſed tantu; quā
tū volebat ſcilicet. xij. cophinos ſm numerꝝ.
xij. apoſtolorꝝ. THEOPHI. Addiſci/
mus autem ex miraculo perpetrato nō fieri
puſillanimes in coartatōnibus paupertatis.
BEDA. Turbe aūt cū vidiſſent ſignū qđ
fecit dñs mirabantur: q2 nōdū eū deū eſſe co
gnouerāt: ideoq; euāgeliſta ſubdit: Illi ergo
hoīes. q2 carnales erāt ⁊ carnaliter itellige/
bāt cū vidiſſent qđ fecerat ſignū dicebant: q2
hic eſt vere propheta qui venturus ē i mun/
dum. ALCVI. Nōdum pleni fide domi
nū vocāt ꝓphetā: qui nōdū deū dicere noue/
rāt ſed iā multū ꝓfecerāt ex virtute miraculi:
qui eū ſecernētes ab alijs: ꝓphetā vocabāt:
ſicut ſciebant in populo illo prophetas ali/
quando miracula feciſſe: nec fallūtur ſi dicūt
eum prophetam cum ipſe dñs nouerit ſe ꝓ/
phetam dicens: Non capit prophetam peri/
re extra hieruſalem. AVGV. Sic autem
propheta eſt chriſtus ⁊ dominus prophetarꝝ
ſicut angelus ⁊ dñs angelorū. ex eo enim ꝙ
preſens annunciauit angelus erat: ex eo qđ
futura predixit propheta erat. ex eo ꝙ verbū
caro factum eſt: ⁊ angelorꝝ ⁊ prophetarꝝ dñs
erat. nullus enim propheta ſine verbo dei.
CHRY. Ex hoc aūt quod dicūt: Qui vē
turus eſt in mundū: manifeſtū ē ꝙ prophe/
tā quēdā principalē expectabant. Et iđ quod
dicitur: Hic eſt vere propheta. in greco cum
adiectione articuli ponitur: ad oſtendendum
ſcilicet eum eſſe diſcretu; ab alijs prophetis.
AVGV. Conſiderandum autem ꝙ dici
tur: q2 deus nō ē talis ſubſtātia que oculis vi
deri poſſit: ⁊ miracula eius quibꝰ totū mun/
dum regit: vniuerſaq; creaturā adminiſtrat:
aſſiduitate viluerunt: ſeruauit ſibi quedam q̄
faceret opportuno tempore: preter vſitatum
curſum originēq; nature: non vt maiora ſed
inſolita videndo ſtuperent: quibus quotidia
na viluerunt. Maius enim miraculum eſt
gubernatio totius mundi q̄ ſaturatio qnq;
milium hoium de quinq; panibus: ⁊ tamen
hoc nemo miratur. Illud mirātur homines:
non q2 maius: ſed q2 rarum eſt. Nec tamen
ſufficit hoc intueri in miraculis chriſti. q2 eni
dominus eſt in monte: verbum dei eſt in al/
to. proinde non quaſi humiliter iacet: nec trā
ſeunter pretereundu; eſt. ALCVI. My
ſtice enim nomine maris turbidum ſeculum
deſignatur. Mox autem vt chriſtꝰ mare mor
talitatis noſtre adijt naſcendo: calcauit morīē
do: tranſijt reſurgendo: ſecute ſunt eum cre
dendo ⁊ imitando turbe credentiū ex vtroq;
populo collectorum. BEDA. Tunc aūt
dominus ſubijt in monte; quando celū aſcē
dit: quod deſignatur per montem. AL/
CVI. Qđ enim turbis inferioribus reli/
ctis ad altiora cum diſcipulis aſcendit: oſten
dit ꝙ ſimplicibus minora precepta ſunt com
mittenda: perfectioribus altiora. ꝙ iminente
paſcha illos reficit: ſignificat: q2 quiſq; pane
diuini verbi ⁊ corpore ⁊ ſanguine domini đ
ſiderat refici: đbet ſpirituale paſcha facere. i.
de vitijs ad virtutes tranſire. Oculi vero
domini ſunt dōa ſpiritualia: que cū dominꝰ
electis ſuis miſericorditer concedit: tunc in
eos oculos ſuos dirigit ideſt reſpectum pie/
tatis impendit. AVGV. libro. lxxxiij. q.
Quinq; autem panes hordeacei ſignificant
veterem legem: ſiue q2 nondum ſpiritalibus
ſed adhuc carnalibꝰ data eſt lex. i. qnq; corpo
ris ſenſibus deditis. Nam ⁊ ipſe turbe qn/
q; milia hominum fuerunt: ſiue q2 p Moy/
ſen lex ipſa data eſt. Moyſes eni quinq; li/
bros ſcripſit. Et ꝙ hordeacei erāt panes: be
ne ſignificauit vel ipſam legem: que ita data
erat: vt in ea vitale anime alimentum corpo
ralibus ſacramentis obtegeretur. Ordei eni
medulla tenaciſſima palea tegitur: Vel ipſu;
populum nondum expoliatum carnali deſi/
derio tanq̄ palea cordi eius inherebat. BE/
DA. Ordeum etiam pabulum eſt iumen/
torum ⁊ cibus ſeruorum: ⁊ lex vetus data ē
ſeruiſ ⁊ iumētiſ ideſt carnalibꝰ. AVGV.
li. lxxxiij. queſti. Duo autem piſces qui ſa/
porem ſuauem pani dabant: duas illas per/
ſonas videntur ſignificare: quibus populꝰ
ille regebatur: regiam ſcilicet ⁊ ſacerdotale;:

que tamen due perſone dominum noſtrum
pꝛefigurabant: ambas enim ille ſuſtinuit.
ALCVI. Vel duo piſces dicta vel ſcri/
pta prophetarum ⁊ pſalmiſtarum ſignificãt
⁊ cum quinarius ad quinq; ſenſus corpo/
ris referatur: mille ad perfectõnez refertur.
Qui vero quinq; ſenſus corporis perfecte
regere ſtudent: viri dicuntur a virib⁹ quos
feminea mollities non corrũpit: ſed ſobrie ⁊
caſte viuunt: ⁊ celeſtis ſapientie dulcedĩe me
rentur recreari. AVGV. ſuper Jo. Pu/
er autem qui iſta habebat forte popul⁹ iſrael
erat qui ſenſu puerili ea portabat: nec mãdu/
cabat. Jlla enim que portabat cauſa onerabãt
aperta paſcebant. BEDA. Pulchre autez
dicit: Hec quid ſunt inter tantos? q: lex ve/
tus parum proficiebat: quouſq; eaz ſuis ma
nibus ſuſcepit ideſt opere impleuit. ⁊ ean/
dem ſpiritualiter intelligenda eſſe docuit: q:
lex neminem ducebat ad perfectum. AV/
GV. ſuper ioan. Frãgendo autem panes
multiplicati ſunt. Quinq; enim libri moy/
ſi multos libros cum exponũtur tãq; frãgen
do. i. diſſerendo fecerunt. AVGV. lib.
lxxxiij. qſti. Dñs ẽt tãq; frãgẽdo ⁊ aperiẽdo
qḋ durũ erat ⁊ clauſũ ĩ lege diſcipulos iple/
uit: cũ eis p⁹ reſurrectionẽ apuit ſcripturas.
AVGV. ſuper Jo. Quia autem ignorã/
tia populi erat in lege: propterea tentatio do
mini ignorantiam diſcipuli demonſtrabat.
Super fenum autem diſcumbebant: q: car/
naliter ſapiebãt. ⁊ ĩ carnalib⁹ qeſcebãt: oĩs
enĩ caro fenũ. Jlli aũt de panib⁹ dñi iplenẽ:
q qḋ aurib⁹ audiũt operib⁹ implent. AV/
GV. Que ſunt autem fragmenta niſi que
populus non poterat manducare? Quid er/
go reſtat niſi vt ſecretiora intelligentie que
non poteſt capere multitudo illis credantur
qui idonei ſunt: ⁊ alios docere valent: ſicut
erant apoſtoli. vnde ⁊. xij. cophini impleti
ſunt. ALCVI. Cophinis enim ſeruilia ĩ
plentur officia: Cophini igitur ſunt apoſtoli
⁊ eorum imitatores: qui licet in preſenti ſint
deſpicabiles: ſpiritualium ſacramentorum
diuitijs ſunt interius referti. Dicuntur aũt
apoſtoli fuiſſe cophini: q: p apoſtolos fides
ſancte trinitatis erat predicãda in quattuor p
tibus mundi. Quod autem nouos panes no
luit facere: ſ; allatos cumulauit: ſignificat q:
veterem ſcripturã nõ reprobauit: ſ; aperien
do patefecit.

¶ Feria. ij. Joannis. ij. ca.

PRope erat paſcha iudeo
rum ⁊ aſcendit ieſus hie
roſolymam.
ORIGE. Sed qd itẽdit
ibi appoſitio iudeoꝝ? nõ. n.
natõis alteri⁹ paſce ſolẽnitas fuerat. Forſã
ꝟo q: q̃dã ẽ paſca hũanũ: eoꝝ q ꝑcul a ꝓ/
poſito ſcripture celebrãt illḋ. queddã vero di
uinũ ⁊ verũ qḋ in ſpiritu ⁊ veritate perfici/
tur: ad diſtinctionem ergo diuini dicitur iu/
deoruz. Sequitur. Et aſcẽdit hieroſolymã.
ALCVI. Bis ĩ euãgelijs legiẽ ieſũ aſcẽ
diſſe hieroſolymã. ſemel ĩ primo anno p̃dica
tionis dñ adhuc ioãnes nõ erat miſſus ĩ car/
cerẽ: de hoc aſcẽſu nũc agiẽ: ⁊ iterũ illo ãno
q̃ erat paſſus: dedit aũt nobis exẽplũ dñs q̃z
ta cura diuinis ſubdi debeam⁹ ĩperijs. Si
enĩ ipſe dei fili⁹ decreta legis a ſe data iple/
bat: celebrãs ſolẽnitates cũ ceteris hoĩb⁹ quã
to ſtudio bonoꝝ operũ ſerui debẽt ſolẽnita/
tes ⁊ ꝑuenire ⁊ celebrare. ORIGE. My
ſtice aũt cũ facta ẽ nuptiarũ p̄paratio in cha/
na galilee deſcendit vna cũ matre: fratrib⁹ ⁊
diſcipulis in capharnaũ: que interpretatur
ager cõſolatõis. Oportebat enĩ poſt vini ala
critatẽ ad agrũ cõſolationis vna cũ mr̃e ⁊ di
ſcipulis aſcẽdere ſaluatorẽ: cõſolaturũ ĩ futu
ris fructibus: ĩ agroꝝ multitudine ſuſcipien
tes diſciplinã eius: ⁊ animã que illũ ſpũſcõ
cõcepit ⁊ inuãdos ibi. Sũt enĩ qdã fructifi/
cãtes ad q̃s dñs ipſe deſcẽdit vna cuz verbi
miniſtris atq; diſcipulis: adiuuãs huiuſmõi
preſente mr̃e ſua. Videtur aũt q caph̃arnauz
ducti ſũt: nõ capere diuturnã apud ſe ieſuz
p̄ſẽtiã: qm̃ illuminatõem q̃ ꝺ pluribꝫ dogmati
b⁹ ẽ: iferioris cõſolatõis agel⁹ nõ capit cum
paucoꝝ capax exiſtat. ALCV. Vel ca/
pharnaũ villa pulcherrima ẽ ⁊ ſignificat mũ
dũ ĩ quẽ ꝟbũ p̄ris deſcẽdit. BEDA. Nõ
multis aũt dieb⁹ ibi mãſit: q: puo ĩ h̃ mũdo tẽ
pore cũ hoĩb⁹ cõuerſat⁹ ẽ. ORIGE. Eſt
aũt hieroſolyma ciuitas regis magni: velut
ipſe ſaluator ait: ad quã nullus eorũ qui ma
nent in terris conſcendit nec ingreditur. S;

quelibet anima que naturalem obtinet celſitu
dinem ⁊ acumen intelligibilium perſpicuum
eius ciuitatis eſt incola; ad quam ſolus ieſus
aſcendiſſe dicitur. Videntur tamen poſt di/
ſcipuli fore preſentes dum recolunt Zelus do
mus tue comedit me: ſed quaſi in quolibet di
ſcipulorum ieſus aſcendit.

¶ Et inuenit in templo vendentes
oues ⁊ boues ⁊ columbas ⁊ nummula
rios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi fla
gellum de funiculis: omnes eiecit de tē
plo: oues quoq; ⁊ boues: ⁊ nummula
riorum effudit es: ⁊ menſas ſubuertit.
Et his qui columbas vendebāt dixit.
Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere do
mum patris mei domum negociatio
nis. Recordati ſunt vero diſcipuli eiꝰ
quia ſcriptum eſt: zelus domus tue co
medit me.

BEDA. Dominus hieruſalē adueniēs:
continuo tēplum oraturus adijt: nobis dans
exemplum vt quocunq; properamus: domū
dei primo ingrediamur dominum deprecatu
ri. vnde dicitur. Et inuenit in templo vendē
tes oues ⁊ boues ⁊ columbas. AVGV.
Sacrificia enim illi populo pro eius carnali
tate talia data ſunt: quibus teneretur ne ad ido/
la deflueret: ⁊ immolabāt boues ⁊ oues ⁊ co
lumbas. BEDA. Sed quia de longinquo
properantes que iuſſa ſunt immolari domi/
no: ſecum ferre non poterant: eorum precia
deferebant. vnde nacta occaſione hec anima/
lia in templo ſcribe ⁊ phariſei vendi inſtitue
runt vt venientes emerent ⁊ offerrent. Ea/
demq; oblata ipſi alijs venderent ⁊ ſic ſua lu
cra accumularent. Vnde ⁊ nummularij ad
hoc ſedebant ad menſam: vt inter emptores
venditoreſq; hoſtiarum prompta eſſet pecu/
nia: vnde ſubditur. Et nummularios ſeden
tes. Dominus autem nolens aliquid in do/
mo ſua terrene eſſe negociationis: neq; eius
que honeſta putaretur: negociatores omnes
expulit foras. AVGV. Et qui flagellan/
dus erat ab eis: prior illos flagellauit: vnde
ſequitur. Et cum feciſſet quaſi flagellum de
funiculis: omnes eiecit de tēplo. THEO/
PHI. Neq; ſolum eos eiecit qui vendebāt
⁊ emebant: ſed etiam res eorum: vnde ſubdi
tur. Oues quoq; ⁊ boues ⁊ nummulariorū
effudit es ⁊ menſas euertit. ſ. nummularias
que erāt quaſi vaſa denariorum. ORIGE.
Conſideremus autē ne forte enorme videa
tur ꝙ dei filius captis funiculis parat ſibi fla
gellum ad eijciendum de templo. Vnum ta
men refugium ad horum reſponſionem re/
linquitur diuina poteſtas ieſu: vt cum vole/
bat poſſet iracundiam hoſtium ſuffocare: quā/
uis eſſent innumeri: ⁊ ſedare mentium turbi
nes Dominus enim diſſipat cogitatōnes gē
tium. Preſens autem hiſtoria in nullo mino
rem poteſtatem pretendit his que ab eo mira
culoſius edita ſunt. quinimmo conſtat hanc
maiorem demonſtrare potentiam miraculo
quo aqua conuerſa eſt in vinum: eo ꝙ illic in
animata ſubſiſtit materia: hic vero tot miliū
hominum domantur ingenia. AVGV.
de conſen. euan. Manifeſtum eſt autē non
ſemel: ſed iterato hoc factum eſſe a domino.
Sed illud primum commemoratur hic a ioā
ne: illud vltimum a ceteris tribus. ORI/
GE. Et ioannes quidem hic dicit ꝙ expulit
vendentes de templo. Mattheus autem ait.
Qm̄ expulit vendentes ⁊ ementes. Multo
autem maior erat numerus ementium quā vē
dentium: quorum expulſio tranſcendebat di
gnitatem eius qui reputabatur filius carpen
tarij: niſi ꝙ diuina poteſtate ſibi omnes ſubie
cit vt dictum eſt. BEDA. Commendatur
autē in hac lectione vtraq; chriſti natura: hu
mana quidem in hoc ꝙ matrem comitem ha
buiſſe perhibetur. diuina vero in hoc ꝙ verꝰ
dei filius demonſtratur. Sequitur enim. Et
his qui vendebant columbas dixit. Auferte
iſta hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei do
mum negociationis. CHRY. Ecce patrē
vocat: ⁊ non iraſcuntur: eſtimant enim ſim/
pliciter eum dicere: ſed quia poſtea apertius
loquebatur vt ſolam repreſentaret parilitatis in
telligentiā: propterea ſeuiebant. Et matheꝰ
quidem dicit ꝙ eijciens eos dicebat. Nolite
facere domum meam ſpeluncam latronū. Il
lud enim fecit ad paſſionem veniens: ideo du
rioribus ſermonibus vtebatur. Hoc autem
in principio ſignorū fecit: vnde non ita aſpe/
ra ſed remiſſa quodammodo increpatiōe vti
tur. AVGV. Ecce templum illud figura
adhuc erat ⁊ eiecit inde dominus omnes qui

ad nundinas venerant. ⁊ que ibi vendebāt: que opus habebant homines in ſacrificio illius temporis. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret/ ſi negociationis non debet fieri domus dei: potationis fieri debet? CHRY. Sed cuius gratia tali vehementia chriſtus vſus eſt: quia enim in ſabbato curaturus erat ⁊ multa facturus que videbātur ab eis eſſe legis trāſgreſſio: vt non videatur deo contrarius hoc cum periculo fecit dans intelligere ꝙ qui periculis ſe exponit pro bono ornatu domus: dominum domus non contemnit: ⁊ ideo vt oſtenderet ſui conſonantiam ad deum: non dixit. Domum ſanctam: ſed domum patris mei. Et propter hoc etiam ſubditur: Recordati vero ſunt diſcipuli eius: quia ſcriptū ē. zelus dom⁹ tue comedit me. BEDA. Diſcipuli enim videntes in eo hunc feruentiſſimum zelum: recordati ſunt quia zelo domus patris ſaluator eiecit impios de templo. ALCVI. Zelus cum in bono accipitur: eſt quidam feruor animi quo mens relicto humano timore pro defenſione veritatis accenditur. AVGV. Comedit ergo zelo dom⁹ dei: qui omnia que videt ibi peruerſa cupit emendare: ⁊ ſi emendare non poteſt: tolerat ⁊ gemit: ſi ergo in domo tua ne quid peruerſum fiat ſatagis: in domo dei vbi ſalus propoſita eſt: debes pati quantum in te eſt ſiquid peruerſi videris? Amicus eſt: admoneatur leniter: vxor eſt: ſeueriſſime frenetur: ancilla eſt: etiam verberibus compeſcatur: fac quicquid potes pro perſona quā portas. ALCVI. Myſtice autem quotidie deus ſpiritaliter ſuam eccleſiam intrat ⁊ qualiter ibi vnuſquiſqꝫ conuerſetur attendit. Caueamus ergo ne in eccleſia dei fabulis vel riſibus vel odijs vel cupiditatibus vacemus: ne improuiſus veniens nos flagellet ⁊ de eccleſia ſua eijciat.

ORIGE. Poſſibile eſt enim hieroſolymitanum quoqꝫ delicto ſubiacere ⁊ capaciſſimos deuiare: qui niſi poſt delictum citiſſime conuertantur capacitatem amittunt: inuenit igitur in templo ideſt in ſacris vel in enunciatione eccleſiaſtici ſermonis quoſdā qui patris domū negociationis conſtituebant: qui ſcilicet venales exponunt boues quos opertet obſeruare ad aratrū: ne retrocedentes nō diſponantur ad regnum dei. Qui etiam preferunt mammonam iniquitatis ouibus: ex ꝗbus habent ornatus materiam: qui etiā ſolertiam columbarum priuata qualibet amaritudine vilipendunt. Cum ergo hos inueniet ſaluator in domo ſacrata: facto de funiculis flagello fugat illos: vna cum venalibus ouibus ⁊ bobus ſuis. Expargit eris pōdera velut indigna in domo dei retineri: ſubuertitqꝫ conſtitutas tabulas in animabus auarorum ⁊ mandat ne vlterius in domo dei colūbe vendantur: Arbitror autem ⁊ exemplum ipſum ſtatuiſſe per predicta ſecretius: vt intelligamus per hoc ſiquid agi debet erga ſacram illam oblationem a ſacerdotibus non debere ritu ſenſibilium oblationum agi: nec legem obſeruari debere vt carnales iudei volebāt: nam ieſu propellente boues ⁊ oues: iubente auferri columbas: que plurimum offerebantur iuxta conſuetudinem iudeorum: ⁊ ſubuertente menſas materialium nummorum non expreſſe: ſed figuraliter continentiū diuinas impreſſiones: ea ſcilicet que ſm legis ſcripturam videbantur honeſta: ⁊ vtente eo in plebē flagellis: diſſoluenda ⁊ diſpergenda hec erant: tranſlato regno ad eos qui ex gētibus crediderunt. AVGV. Vel vendentes in eccleſia ſunt qui que ſua ſunt querunt: non que ieſu chriſti. Venale habent totum: quia volunt redimi. Symon ideo volebat emere ſpiritumſanctum quia vendere volebat: erat enim de illis qui columbas vendunt: etenim in columba apparuit ſpūſſanctus: colūba aūt non eſt venalis: gratis datur: quia gratia vocatur. BEDA. Vendunt igitur columbas qui acceptam ſpiritusſancti gratiam non gratis vt preceptum eſt: ſed ad premium dant. Qui manum impoſitionem qua ſpiritusſanctus accipitur: etſi non in queſtum pecunie: ad vulgi tamen fauorem tribuunt qui ſacros ordines non ad vite meritum ſed ad gratiam largiuntur. AVGV. Boues autem intelligūtur apoſtoli ⁊ prophete: qui nobis ſcripturas ſacras diſpenſauerunt. Qui ergo ipſis ſcripturis fallunt populos a quibus querunt honores: vendunt boues: vendunt ⁊ oues ideſt ipſas plebes: ⁊ cui vendunt niſi diabolo? Quicquid enim de vnica eccleſia ꝑcipitur: quis tollit niſi leo rugiēs. BEDA.

Vel oues ſunt opera munditie ⁊ pietatis. Vendunt ergo oues qui humane gratia laudis opera pietatis exercent. Nummos mu/

tuo dat in templo: qui aperte terrenis rebus in eccleſia deſeruiunt domum etiam domini faciunt domum negociationis: non ſoluz hi qui propter ſacros ordines precium pecunie vel laudis vel honores querunt: verumetiaz hi qui gradum vel gratiam ſpiritualem quaz in eccleſia domino largiente perceperunt: nõ ſimplici intentione: ſed cura humane retributionis exercent. AVGV. Signum autez quoddaz nobis oſtendit dominus ꝙ fecit flagellum de reſticulis: ⁊ inde negociationem ĩ tẽplo facientes flagellauit. Etenim vnuſquiſqȝ in peccatis ſuis reſtem ſibi texit: dum peccata addit peccatis. Quando ergo aliquid patiuntur homines ꝓpter iniquitates ſuas agnoſcant: quia dominus facit flagellum de reſticulis: ⁊ adhuc admonet eos vt mutent ſe: nã ſi ſe non mutauerint: audient in fine. Ligate illi manus ⁊ pedes. BEDA. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo: qꝛ de parte ſortis ſanctorum eijciuntur: qui ĩter ſanctos poſiti vel ficte vel aperte faciunt opere mala. Oues quoqȝ ⁊ boues eiecit quia talium vitam pariter ⁊ doctrinam oſtendit eſſe reprobam. Nummulariorum quoqȝ effudit es ⁊ menſas ſubuertit: quia damnatis ĩ fine reprobis etiam ipſarum quas dilexerunt rerum tollet figuram: venditionem columbarũ de templo auferri precepit: quia gratia ſpirit⁹ que gratis accipit: gratis dari debet. ORIGE. Poteſt etiam per templuz intelligi anima ſtudioſi: propter inhabitans verbuz dei: in qua ante doctrinam ieſu conſiſterant terreſtres ⁊ beſtiales motus. Signum autem terreſtrium motuum bos eſt: quoniam eſt agricultor. Inſenſatorum autem motuum ouis: quod ẽ pluribus animalibus irrationalibus. Leuium vero atqȝ inconſtantium mentium ſignum eſt columba. Eorum vero que bona videntur ſigna ſunt era que chriſtus verbo doctrine expellit vt non vltra domus patris eius ſit forum.

¶ Reſponderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis quia hec facis? Reſpondit ieſus ⁊ dixit eis: Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta ⁊ ſex annis edificatum eſt templum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autez dicebat de templo corporis ſui. Cum autem reſurrexiſſet a mortuis recordati ſunt diſcipuli eius: quia hoc dicebat de corpore ſuo: ⁊ crediderũt ſcripture ⁊ ſermoni quem dixit ieſus.

THEOPHI. Quia iudei videbant ieſum talia facere cum poteſtate multa ⁊ dicentem. Nolite facere domuz patris mei domũ negociationis: ſignum ab eo petunt: vnde dicitur. Reſponderunt ergo iudei ⁊ dixerunt ei. Quod ſignuz oſtendis nobis: quia hec facis? CHRY. Sed nunquid ſigna opus erant: vt ea que male fiebant ceſſare faceret? Nonne zelum talem accipere pro domo dei maximum ſignum virtutis erat? Non autem illius prophetie meminerant: ſed ſignuz petebant: ſimul quidem de ſuo turpi lucro ĩpedito dolentes: ſimul autem ⁊ per hoc prohibere eum volentes. opinantur enim eum aut prouocare ad miracula: aut ceſſare ab his que fiebant: propterea non dat eis ſignum: ſicut ⁊ poſt petentibus ſignũ reſpondit dicẽs. Generatio mala ⁊ adultera ſignum querit ⁊ ſignum non dabitur ei niſi ſignum ione prophete. Sed tunc quidem manifeſtius nũc autem obſcurius reſpondet idem. Non autem vtiqȝ qui non petentes ꝓoccupat ⁊ ſigna dat: hic petentes auertiſſet niſi mentem eorum cognouiſſet doloſam. Sequitur enim: Et dixit eis: Soluite templuz hoc ⁊ in tribus diebus excitabo illud. BEDA. Quia enim ſignuz querebant a domino quare ſolita commertia proijcere debuerit ex templo. Reſpõdit. Qꝛ ipſum templum ſignificabat tẽpluz corporis ſui: in quo nulla prorſus eſſet alicuius macula peccati. q. d. Sicut inanimatum templum a veſtris commertijs ſceleribuſqȝ mea expio poteſtate: ita ⁊ hoc corporis mei tẽpluz cuius iſtud geſtat figuram: veſtris manibus diſſolutũ: tertia die reſuſcitabo. THEOPHI. Nequaqȝ tñ illos ad homicidiũ prouocat dicens ſoluite: ſed hoc eis affectantibus: non ſibi eſſe abſconditũ demonſtrat. Audiant autẽ arriani quõ dñs mortis deſtructor dixit: Excitabo virtute videlicet propria. AVGV. Reſuſcitauit eũ qdẽ ⁊ pater cui dicit in pſal

mis: Excita me ⁊ reddam illis: Sed quid fe
cit pater ſine verbo: quomodo ergo cum pa/
ter reſuſcitat: ſic ⁊ filius reſuſcitauit. quia fili
us dixit: Ego ⁊ pr̄ vnū ſumus. CHRY.
Propter quid autem ſignum reſurrectionis
dat eis: q̄m. ſ. h̄ maxime erat ꝙ oſtendebat cū
non eſſe hominem purū: poſſe aduerſus mor
tem ſtatuere triumphum ⁊ tyrannidem eius
longam velociter diſſoluere. ORIGE.
Vtraqꝫ autem. ſ. ⁊ corpus ieſu ⁊ templū exē
plar mihi fore videtur eccleſie: eo ꝙ ex viuis
lapidibus conſtruitur in domum ſpiritualē
in ſacerdotium ſanctum: ⁊ ꝓpter illud: Vos
eſtis corpus chriſti ⁊ membra de membro.
Quamuis autem diſſolui lapidum videatur
ſtructura: ac diſſipari oia oſſa chriſti aduerſi/
tatibus tribulationum inſtaurabitur tamē ac
reſuſcitabitur die tertia: que i nouo celo ⁊ no
ua terra preſens erit. Sicut enim illud chriſti
corpus ſenſibile crucifixum eſt ac ſepultū ⁊
poſtea reſurrexit ſic ⁊ totale ſanctorum chriſti
corpus concrucifixū eſt chriſto. Quilibet eni
eorū in nullo alio gloriatur niſi in cruce chri
ſti: per quam ipſe crucifixus eſt mundo: ſed
⁊ conſepultus eſt chriſto ⁊ reſurrexit cū eo:
q: in quadam nouitate vite ambulat. ſed ſm
beatam reſurrectionem nondū ſurrexit: vn
de non ſcriptum eſt. Tertia die reſtaurabo il
lud: ſed in tribus diebus: perficitur enim eiꝰ
erectio in omnibꝰ tribus diebus. THEO
PHI. Iudei enim de inanimato templo pu
tantes eum hoc dicere deridebant eum: vnde
ſequitur. Dixerunt ergo iudei. Quadragin
ta ⁊ ſex annis edificatum eſt templum hoc ⁊
tu in tribꝰ diebꝰ excitabis illud: ALCVI.
Et notandum ꝙ non de prima edificatione:
que a ſalomone ſeptem annis perfecta eſt: ſꝫ
de reedicatione que facta eſt ſub zorobabel ꝑ
quadraginta ⁊ ſex annos impedientibus ini
micis reſpondebant. ORIGE. Vel dicit
aliquis: quadraginta ⁊ ſex annorum exurge/
re compoſitum. ex quo dauid allocutus ē na/
than prophetam conſulens de conſtructione
templi: ex tunc ſatagens ad congregandā ma
teriam templi: Animaduerte vero ſi poſſibi/
le eſt quadragenariū numerū ſtatui erga tēplū
ꝑꝑ quattuor elemēta mūdi: ac ſenariū ꝑꝑ hoc
ꝙ homo ſexto die creatus ē. AVGV. iiij.
de tri. Vel hic numerꝰ ꝑfectioni dñici corpo
ris apte ꝯgruit: q̄dragesies eni ſenies ſeni: fi

unt ducēta ſexaginta ſex: q numerꝰ dierū cō/
plet nouē mēſes ⁊ ſex dies. Ipſe aūt ꝑfectio
corporis dñi tot diebꝰ ad partū ꝓducta cōpe
rit̄ ſicut a maioribꝰ traditū ſuſcipiēs eccl'ie cu
ſtodit auctoritas. Octauo eni kalēdas aplis
ꝯceptꝰ credit̄: quo ⁊ paſſus. Natꝰ aūt tradit̄
octauo kalendas ianuarij. Ab illo ergo die
vſqꝫ ad iſtum computati ducēti ſexagintaſex
reperiuntur dies: qui ſenarium numerū qua
drageſies ſexies habent. AVGV. octua/
gintatriū queſtionū. Dicit̄ ēt ꝯceptio huma/
na ſic procedere ⁊ ꝑfici primis ſex diebꝰ qua
ſi lactis habeat ſimilitudinē: ſequentibus no
uem diebus ꝯuertatur in ſanguinem: deinde
duodecim diebus ſolidet̄: reliqs decē ⁊ octo
diebus formetur vſqꝫ ad ꝑfecta lineamenta
omnium membrorū: ⁊ in reliquo tpe vſqꝫ ad
tps partus magnitudine auget̄. Sex autē ⁊
nouem ⁊ duodecim ⁊. xviij. in vnū coacti fi
unt. xlv. addito ergo vno fiunt quadraginta
ſex: qui ſi fuerint multiplicati per ipſum ſena
rium numerū: q huius ordinationis caput te
net: fiunt ducenti ⁊ ſeptuagintaſex. i. nouem
menſes ⁊ ſex dies. Non ergo abſurde q̄dra
gintaſex annis dicitur fabricatū eſſe templū
qđ corpus eius ſignificabat: vt quot anni fue
rint in fabricatione templi: tot dies fuerunt i
corporis dominici perfectione. AVGV.
ſuper Joan. Vel aliter: q: dominꝰ noſter de
adam corpus accepit non de adam peccatum
traxit: templum corporeum inde ſumpſit: nō
iniquitatem que de templo pellēda eſt. Si au
tem facias quattuor nomina greca. Anatole
qđ eſt oriens. Diſis qđ eſt occidēs: Archos
qđ eſt ſeptētrio. Meſſembria: quod eſt meri
dies: capita verborum adam habent. A quat
tuor enim ventis dominus collecturum ſe di
cit electos ſuos cum venerit ad iudiciū. Ha/
bent autem littere nominis adā numerū ſm
grecos: ⁊ ibi īuenit̄ quadragintaſex ānis edi
ficatum templum. Habet enim adam alpha
quod eſt vnum: ⁊ delta quod quattuor ⁊ al/
pha quod eſt vnum ⁊. m. quod eſt quadragī
ta: ⁊ ſic habes quadragintaſex. Sed iudei q:
caro erant: carnalia ſapiebant: ille ſpirituali/
ter loquebatur: ⁊ de quo templo diceret per
euangeliſtam nobis aperuit. Sequitur enī.
Ille autem dicebat de templo corporis ſui.
THEOPHI. Ex hoc autem apollina/
rius ꝯtradictionem ſumit: volens oſtendere

ꝙ caro chriſti eſſet inanimata eo ꝙ templum ſit inanimatum. ergo carnē chriſti ⁊ lapidē ⁊ lignū facies: q₂ ex his tēplū ꝯſiſtit. Si aūt quod dr̄. Aīa mea turbata ē: ⁊ ꝑtātem hēo ponēdi aīam meā: nequaq̄ȝ dici dixeris: vbi pones illud. In man⁹ tuas dn̄e comēdo ſpiritū meū: nō eni hoc de aīa irrationali itelligere poteris. Neqȝ qđ dr̄. Nō derelinquens aīam meā i iferno. ORIGE. Jō aūt corp⁹ dn̄i tēplū itelligit̄: q₂ ſicut tēplū gloriā dei cōtinebat habitantē in ipſo: ſic corp⁹ chriſti repreſentās eccleſiā: vnigenitū cōtinet: q eſt imago dei ⁊ gloria. CHRY. Duo autem erāt que obſtabant diſcipulis ne interim intelligerent: vnum ipſa reſurrectio: alterū vero qđ maius erat. ſ. ꝙ de⁹ erat q i illo corpore hitabat: qđ dn̄s occulte oſtēderat dicens: Soluite tēplum hoc ⁊c. Et ideo ſubditur. Cum er. ſur. a mor. re. ſunt diſ. eius quia hoc dicebat de cor. ſuo: ⁊ cre. ſcri. ⁊ ſer. queȝ dixit Jeſus. ALCVI. Añ reſurrectioneȝ eni nō intelligebāt ſcripturas: q₂ nōdū acceperāt ſpiritūſanctū. Sed in die reſurrectionis apparens dn̄s apparuit diſcipulis ſenſum: vt intelligerent que de ipſo ſcripta erāt i lege ⁊ prophetis: ⁊ tūc crediderūt ſcripture ꝓphetarū: q predixerūt chriſtum tertia die reſurrecturū: ⁊ ſermōi quē dixit Jeſus. Soluite tēplū hoc. ORIGE. Secūdū anagogē vero cōplemētū fidei attigem⁹ in magna corporū reſurrectōe tot⁹ corporis Jeſu. i. eccleſie ei⁹ cū fides q̄ ē ex ſpecie multū differat ab ea que eſt per ſpeculū in enigmate.

¶ Cum autem eſſet hieroſolymis i paſcha in die feſto: multi crediderunt in nomine eius videntes ſigna que faciebat. Ipſe autem ieſus non credebat ſemetipſum eis: eo ꝙ ipſe noſſet omnes: ⁊ quia opus ei non erat vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe. n. ſciebat quid eſſet in homine. BEDA. Superius euāgeliſta narrauit qđ dominus hieruſaleȝ aduenieñs geſſerit: nūc vero eodē hieroſolymis cōmorante quid ab alijs erga eum actum fuerit refert. vnde dicitur. Cū autem eſ. hie. i paſ. in die fe. mul. cre. i no. ei⁹ vi. ſig. que fa. ORIGE. Reſpiciēdū āt quō ex ſignis ei⁹ pleriqȝ vidētes credebāt i eū. Nō eni dicit̄ ꝓdigia feciſſe hierl'is: niſi forte cum facta ſint in ſcripturis ñ habentur. Aiaduerte vero ſi poſſibile eſt in miraculis deputari ꝙ fecerit flagellū ex funiculis ⁊ cūctos ex tēplo ꝓpulerit. CHRY. Prudentiores aūt fuerāt diſcipuli q ad chriſtum acceſſerant nō ꝓpter ſigna ſed propter doctrinā: nā groſſiores quidem ꝑ ſigna trahūtur: rōnabiliores vero ꝑ ꝓphias ſeu doctrinā. vnde ſubditur: Ipſe aūt Jeſus nō credebat ſemetipſum eis. AVGV. Quid ſibi vult hoc? Illi credebant i noīe eius: ⁊ ipſe ieſus non credebat ſemetipſum eis? An forte non credebant ei ⁊ fingebāt ſe crediſſe? Sed non diceret euangeliſta: Multi crediderunt in nomine eius. Magna ergo res ⁊ mira: Credunt homines in chriſtū: ⁊ chriſt⁹ nō ſe credit hominibus: preſertim q₂ fili⁹ dei eſt: ⁊ vtiqȝ volens paſſus eſt: ⁊ ſi nollet nunquā pateret̄: ſed tales ſunt oēs cathecumini. Si dixerimus cathecumino: credis chriſto? reſpōdet: credo ⁊ ſignat ſe. Si interrogem⁹ eum: Manducas carnē filij hominis? neſcit quid dicimus: quia ieſus non ſe credidit ei. ORIGE. Vel dicendū ꝙ ieſus nō ſe credidit credētib⁹ i nomie ei⁹: ⁊ nō i illum. In illum enim credunt qui anguſtam viā vadūt ducentem ad vitā. qui aūt credunt ſignis: nō in eū ſed in nomine ei⁹ credūt. CHRY. Vel hoc dicit q₂ nō cōfidebat in eis vt in diſcipulis perfectiſ. neqȝ cōmittebat eis omnia dogmata vt iam firmiter: fidelibus fratrib⁹. Nō eni intendebat exterioribus verbis: ad mētē eoꝝ intrās ⁊ tēpus opportunū manifeſte ſciens. vnde ſequit̄: Eo ꝙ ipſe noſſet omnes: ⁊ q₂ opus nō erat vt quis teſtimonium perhiberet de hoīe: ipſe eni ſciebat quid eſſet in hoīe. Scire eni ea que ſunt in corde hominū eſt dei: qui ſolus corda plaſmauit. non indigebat ergo teſtibus vt propriorum plaſmatum mentē addiſcat. AVGV. Plus etiā nouerat artifex quid eſſet in opere ſuo q̄ȝ ipſum opus quid eſſet in ſemetipſo. Nā ⁊ petrus nouerat quid in ipſo eſſet quādo dixit: Tecū ero vſqȝ ad mortē. ſȝ dn̄s nouerat qđ eſſet in hoīe dicēs: priuſq̄ȝ gallus cantet ter me negabis. BEDA. Quapropter monemur vt nūq̄ȝ de cōſcia nr̄a ſecuri ſim⁹: ſȝ ſp ſollicíti formidem⁹: q₂ quod nos latet eternū arbitriū latere non valet.

## ¶ Feria.iij. Joannis.vij.cap.

IAm autem die feſto me-
diante aſcendit ieſus in tē
plum ⁊ docebat. Et mi-
rabantur iudei dicentes
Quomodo hic litteras
ſcit cum non didicerit? Reſpondit eis
ieſus ⁊ dixit: Mea doctrina non eſt
mea: ſed eius qui miſit me. Siquis vo
luerit voluntatem eius facere: cogno-
ſcet de doctrina vtrū ex deo ſit: an ego
a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo lo-
quitur gloriam propriam querit. Qui
autem querit gloriam eius qui miſit
eum: hic verax eſt. ⁊ iniuſticia in illo
non eſt.

CHRY. Dominus tardatione ſua audi-
tores attentiores facere volens: non in pri-
mis diebus aſcendit: ſed circa ſolēnitatis me
dium. vnde dr̄: Jaz die feſto mediante aſcē.
Jeſus in tem. ⁊ doce. Qui enim primis die-
bus eum queſierunt: repente eum preſentez
videntes magis intendebant docenti: ⁊ qui
bonum eum dicebant: ⁊ qui malum: illi qui-
dem vt aliquid lucrarent̄ ⁊ admirarentur: hi
vero vt cōprehenderent. THEOPHI.
Nā in pncipio feſti bis q̄ feſti erāt magis at
tēdebāt. vnde poſtea xp̄m attētius audierūt.
AVGV. Quātū enim dat̄ intelligi ipſaz
feſtiuitatē diebus pluribus celebrabant. ⁊ iō
dicit. Jam die feſto mediante. i. cū illius diei
feſti tot dies remanſiſſent quot preteriſſent:
vt etiam hoc impleretur quod ait: Non aſcē-
dam ad diem feſtum hunc. i. ad quē vos vul
tis: primum vel ſecundum diem. aſcendit au
tem poſtea die feſto mediante. AVGV.
de queſ. no. ⁊ ve. teſ. Tunc ēt aſcendit: non
quaſi ad diē feſtū ſꝫ quaſi ad lucē. illi ꝟo aſcē
derunt: quaſi ad pfruendū delitijs diei feſti.
Chriſto vero ille fuit dies feſtus: quo paſſio
ne ſua redemit mundū. AVGV. ſup Jo.
Jlle aūt q pus latebat docebat ⁊ palā loqueba
tur: ⁊ nō tenebat̄. Jllud. n. qd latebat erat cā
exēpli: hoc poteſtatis. CHRY. Quid au-
tē docebat: nō dixit euāgeliſta: ſꝫ qd mirabi-
liter docebat: hoc ſolum oſtendit: tanta enim
erat virtus docentis vt qui dixerant: ſeducit
turbas: tranſmutati mirarent̄. vnde ſequit̄:
Et mirabant̄ iudei dicētes: quō h litteras ſcit
cū nō didicerit? Vide admirationez nequitia
plenam: Non. n. dicit: ꝙ in doctrina admira
rent̄: ſed in aliam admirationem inciderunt.
AVGV. Omnes qdē quātū arbitror ad
mirabant̄: ſꝫ non oēs ꝯuertebant̄. Et vnde
admiratio? qꝛ multi nouerant vbi natus: quē
admodum fuerat educatus: Nuncꝙ eum vi
derant litteras diſcentē: audiebant tñ de lege
diſputantem: legis teſtimonia proferentem
que nemo poſſet proferre niſi legiſſet: nemo
legeret: niſi litteras didiciſſet: ⁊ ideo mirabā
tur. CHRY. Ab hac aūt queſtione cogno
ſcere debebant: qm̄ hec ſcia humanitus non
erat in eo ſed diuinitus: ſed qꝛ hoc ipſi nole-
bant reuelare: ſed in ſola admiratōne ſtabāt:
dominus hec reuelauit. Sequitur. n. Reſpō
dit ei ieſus ⁊ dixit. Mea doctrina nō ē mea:
ſed eius qui miſit me. AVGV. Videt̄ au
tem hoc eſſe ꝯrariū ꝙ dicit: Mea ⁊ nō mea:
naz ſi dixiſſet: Jſta doctrina non eſt mea: nul
la eſſet q̄ſtio: Que eſt ergo doctrina patris:
niſi verbū patris? Jpſe ergo chriſtus eſt do-
ctrina patris: ſi verbū patris eſt. Sed qꝛ ver
bum non pōt eſſe nullius: ſꝫ ē alicuius: ⁊ ſu
am doctrinā dixit ſeipm̄ ⁊ non ſuā: qꝛ patris
eſt ꝟbū: qd eſt taz tuū q̄ꝫ tu: ⁊ qd tam nō tuū
q̄ꝫ tu? Si alicuꝰ es ꝙ es? Breuiter ergo hoc
mihi dixiſſe videt̄: Mea doctrina nō ē mea.
ac ſi diceret: Ego non ſum a meipſo. Sabel
lianā hereſim ſnīa iſta diſſoluit: q dicere auſi
ſunt ipm̄ eſſe filiū q eſt ⁊ pr̄: duo eſſe noīa: ſꝫ
vnā rē. CHRY. Vel ſuā dicit qm̄ eā do-
cuerat: non ſuā aūt: qm̄ patris erat doctrina.
Sed ſi oīa q̄ ſunt patris eius ſunt: ex hoc ip-
ſo ꝙ patris eſt: deberet eſſe ⁊ ſua. Sꝫ hoc ꝙ
dicit: Non eſt mea: vehementer oſtēdit ⁊ ſui
⁊ pr̄is vnā eſſe doctrinā: ac ſi diceret: Nihil
habeo pmutatū aut diuerſum ſꝫ ita ago vt di
co: vt nō eſtimet̄ aliud qd pter pr̄ez dicere vl
agere. AVGV. pmo de trini. Vel aliter:
ſm aliud ſuā dixit: ſm aliud nō ſuā: ſm for-
mā dei: ſuā: ſm formā ſui: non ſuā. AV-
GV. Siqs aūt hoc pax intellexerit: audiat
ꝯſiliū qd dn̄s ꝯſequēter dat dicens: Siquis
voluerit voluntatem eius facere: ⁊ cogno. d
doc. vtrum ex deo ſit: an ego a memetipſo lo

quar: quid eſt ſiquis volue. voluntatem eius
facere: hoc eſt credere in eum. ipſe enim ſu/
pra dixit: Hoc eſt opus dei vt credatis in eū
quem ipſe miſit. Quis autē hoc neſciat hoc
eſſe facere voluntatē dei: operari opus ei⁹?
Cognoſcere autē hoc eſt intelligere: ergo no
li querere intelligere vt credas: ſed crede vt
intelligas: quia niſi credideritis non intellige
tis. CHRY. Vel hoc ita dicit: acſi dicat:
Auferte iram ⁊ inuidiam ⁊ odium: quod ſi/
nē cauſa in me habetis: ⁊ nihil erit quod pro
hibeat vos cognoſcere: quoniam dei verba
ſunt que loquor. Deinde aliud inducit argu/
mentum inſolubile: ab his que ſunt in con/
ſuetudine hominum nos erudiens. vnde ſe/
quitur: Qui a ſemetipſo loquitur gloriam ꝓ
priam querit. q. d. Qui aliquā propriā vult
inſtituere doctrinam: propter nihil aliud hoc
vult q̄ʒ vt gloriam acquirat. Si vero ego glo
riam eius q miſit me quero: cuius gratia alie
na vellem vos docere? Et hoc eſt quod ſub/
dit: Qui autem que. glo. eius qui miſit illū:
hic verax ē: ⁊ iniuſticia i illo ñ ē. THEO.
q. d. Verax ſum q: doctrina mea continet ve
ritatem. Iniuſticia in me non eſt: quia alteri⁹
gloriam non vſurpo. AVGV. Qui que/
rit gloriam propriam antixps eſt. Dominus
autem noſter magnum nobis exemplum pre
buit humilitatis: dum habitu inuentus vt ho
mo querit gloriam patris non ſuā. ſed tu qñ
aliquid boni facis: gloriam tuam q̄ris quan/
do aliqd mali facis deo calumniā meditaris.
CHRY. Vide ergo qm̄ cā quedā pp quā
humilia de ſe dicit: hec eſt. vt credant qm̄ nō
deſiderat gloriam neq̄ʒ principatum: ⁊ etiam
pp imbecillitatem audientiū: ⁊ vt doceat ho
mines moderata ſapere: ⁊ nihil de ſe dicere
magnum: ſed ſemper humile.

¶ Nonne moyſes dedit vobis legē:
Et nemo ex vobis facit legem? Quid
me queritis interficere? Reſpōdit tur
ba ⁊ dixit: Demonium habes. Quis
te querit interficere? Reſpondit ieſus
⁊ dixit eis. Unum opus feci ⁊ omnes
miramini. Propterea moyſes dedit
vobis circunciſionē: non quia ex moy
ſe eſt: ſed ex patribus. Et i ſabbato cir
cunditis hominem. Si circunciſionē
accipit homo in ſabbato vt non ſolua
tur lex moyſi: mihi indignamini quia
totum hominem ſanū feci in ſabbato?
Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed
iuſtum iudicium iudicate.

CHRY. Duas criminatiōes iudei cōtra
xpm iducebāt: vnā q: ſabbatū ſolueret: aliam
q: prēm ſuū dicebat deū: equalē ſeipm faciēs
deo. Hoc igit̄ ꝑus ꝯfirmauit dū oñdit q: nō
ē deo ꝯtrarius ſʒ eadē illi docet. De reliquo
ad ſabbati ſolutionē inſtat dicēs. Nōne moy
ſes de. vo. legē: ⁊ nemo ex vobis facit legē?
Ac ſi diceret. Lex dicit ñ occides: vos aūt oc
ciditis: ⁊ hoc ē qd̄ ſubdit̄. Quid me q̄ritis in
terficere? Ac ſi diceret. Etſi ego diſſolui legē
hoiem ſanās: trāſgreſſio fuit: ſʒ i ſalutē: vos
aūt trāſgredimini i malū. vñ nō debeo a vo/
bis de ſolutiōe legis diiudicari. In duobus
ergo eos corripuit: ⁊ dicēdo: qd me q̄ritis in
terficere? Oſtendendo qm̄ occiſionē meditā/
tes: ñ ſunt digni aliū diiudicar̄. AVGV.
Vel hoc dicit: q: ſi legē facerent in ipſis lr̄is
xpm agnoſcerēt: ⁊ p̄ſentē non occiderēt. Rñ
dit aūt ei turba: non ꝑtinētia ad ordinē ſʒ ad
ꝑturbatōnē. Sequit̄. n. Rñdit turba ⁊ dixit:
Demoniū habes: qs te q̄rit iterficere? Ei di
ctū ē q: demoniū haberet: q demones expelle
bat: Dñs aūt nō turbatus: ſʒ in ſua veritate
tranqllus nō reddidit maledictū ꝑ maledcō:
ſʒ rñdit trāqlle. BEDA. In quo nobis pa
tiēte reliquit exēplū: vt quotiēs nobis ab aliq
bus falſa obijciunt̄ conuicia: patienter tolere
mus ⁊ vera q̄ poſſum⁹ nō obijciam⁹: ſʒ ſalu
taria monita ꝑdicemus Sequit̄. n. Rñdit ie
ſus ⁊ dixit eis. vnū opus feci ⁊ oēs mirami/
ni. AVGV. Ac ſi dicerē: Quid ſi oia ope
ra mea videretis: ipſi⁹. n. opa erāt q̄ in mun
do videbant: ⁊ ipſum q fecit oia nō videbāt:
fecit vnā rē ⁊ turbati ſunt: q: ſaluū fec̄ hoiem
in ſabbato. quaſi ſi qſq̄ʒ eoꝝ egrotus ſabbato
ſinceraret: ali⁹ illum ſanum feciſſet q̄ʒ ille qui
eos ſcandalizauit: q: vnum hominem ſabba
to ſaluū fecit. CHRY. Hoc. n. eſt quod
dicit: Miramini: hoc eſt turbamini: tumul/
tuatis: vide autem quomodo prudenter a le/
ge eos ſillogizat. Vult. n. oſtendere q: facere
hoc opus non erat legē ſoluere. ſunt. n. mul

ta principaliora ꝙ̄ lex de obſeruatione ſabba
ti: per quorum obſeruationem lex non ſolui/
tur ſed impletur: ⁊ ideo ſubdit. ¶Propterea
moyſes dedit vobis circū. non quia ex moy/
ſe eſt: ſed ex patribus: ⁊ in ſabbato circundi/
tis hominem. AVGV. q. d. Bene factū
eſt vt acciperetis circunciſionem a moyſe: nō
q2 ex moyſe eſt: ſed ex patribus. Abraaz enī
primus accepit circunciſionez a domino. Et
in ſabbato circunciditis. Conuicit vos moy/
ſes: accepiſtis in lege vt circuncidatis octauo
die: Accepiſtis i lege vt vacetis ſeptimo die.
Si octauus dies illius qui natus eſt: occurrit
ad diem ſeptimum ſabbati: circunciditis ho/
minem: que circunciſio pertinet ad aliquod ſi
gnaculuz ſalutis: ⁊ non debent homines ſab
bato vacare a ſalute. ALCVI. ¶Propter
tres. n. cauſas data fuit circunciſio: p̄mo vt ſi
gnū eſſet magne fidei abrae: ſc̄do vt ꝑ eam a
ceteris nationibus diſcernerentur: tertio vt
illam in virili membro ſuſcipientes caſtitatē
mentis ⁊ corporis obſeruare deberent. Et tā
tum conferebat tunc circunciſio quantuz nūc
baptiſma: niſi ꝙ ianua nondum aperta erat.
Concludit ergo ex premiſſis: Si circunci. ac
cipit ho. in ſa. vt non ſo. lex mo. mihi indig.
quia to. ho. ſa. feci in ſabbato. CHRY. q.
d. ſabbati ſolutio in circunciſione legis eſt ob
ſeruatio: ſic ⁊ ego hominem curans ſabbato
legem ſeruaui. Vos qui non eſtis legiſlato/
res. vltra modum legem defenditis. Sed
moyſes iubet legem ſolui propter mandatū:
quod non erat ex lege ſed ex patribus. ¶Per
hoc autem quod dicit: Totum ho. ſa. feci in
ſabba. oſtendit circunciſionem eſſe particula
rem ſanitatem. AVGV. Forte autem illa
circunciſio ipſum dominum ſignificabat.
Quid. n. eſt circunciſio: niſi carnis expolia/
tio. Significauit ergo expoliationem a corde
cupiditatum carnalium. non ergo ſine cauſa
data eſt in eo membro per quod procreatur
creatura mortalium: quia per vnum hominē
peccatum intrauit in mundum. Ideo autem
quiſq3 cum preputio naſcitur. quia omnis cū
vitio propaginis naſcitur: ⁊ non mundat de
us ſiue a vitio cum quo naſcimur: ſiue a viti
is que male viuendo adimus niſi per chriſtū
cultellis. n. petrinis circuncidebant: ⁊ petre
nomine chriſtum figurabant. Ideo autē octa
uo die. quia poſt ſeptimum ſabbati dominus
die dominico reſurrexit. Ipſa autem reſurre
ctio nos circūcidit. i. abſtulit deſideria carna/
lia: Intelligite hoc ſignificari opus bonum
quod ego feci totum hominem ſaluuz in ſab
bato: quia ⁊ curatus eſt vt ſanus eſſet in cor/
pore: ⁊ credidit vt ſanus eſſet i anima. Eſtis
autem prohibiti ſeruilia opera facere ſabba/
to. Nunquid ſeruile opus eſt hominem ſa/
nare in ſabbato? Manducatis ſiquidem ⁊ bi
bitis ſabbato: quia pertinet ad ſalutem: per
quod oſtenditis opera ſalutis nullo modo eē
die ſabbati omittenda. CHRY. Non au
tem dixit. Ego maius circunciſione operat9
ſum: ſed ſolum factum narrans: iudiciuz eis
conceſſit. vnde ſubditur: Nolite iudicare ſm
fa. ſed iuſtum iudicium iudicate. q. d. non q2
moyſes apud vos habet maiorem gloriaz ꝙ̄
ego: ex perſonarum dignitate feratis ſenten
tiam: ſed a rerum natura. hoc. n. eſt iuſte iudi
care: Nullus autem incuſauit moyſen ꝺ hoc
ꝙ iuſſit ſabbatum ſolui propter mandatum
circunciſionis: quod erat aliunde ꝙ̄ ex lege i
ductum. ergo fidedignior vobis eſt moyſes
qui iubet ſolui legem a mandato non legali.
AVGV. Hoc autē ꝙ dominus notauit
hoc loco euadere in hoc ſeculo: magni labo/
ris eſt non perſonaliter iudicare: admonuit
quidem dominus iudeos: admonuit ⁊ nos.
qd. n. p̄cioſum ſonabat de ore dn̄i: ⁊ ꝑꝑ nos
ſcriptū eſt: ⁊ nobis ſeruatū ⁊ ꝑꝑ nos recitatū
ſurſuz eſt dn̄s: ſ3 ēt hic eſt veritas dn̄s. Cor
pus. n. dn̄i in quo ſurrexit vno loco eſſe pōt:
veritas eius vbiq3 diffuſa ē. Quis ergo ē q
nō iudicat ꝑſonalr̄ q equalr̄ diligit? Nō. n.
cū hoīes diuerſo mō ꝓ ſuis gradib9 honora
m9: timēdū ē ne ꝑſonas accipiam9: nō nunꝙ̄
. n. ē iudiciū īter patrē ⁊ filiū nō equam9 filiū
p̄ri i honore: ſ3 ꝑponim9 ſi bonā cām h3 fili/
um patri in veritate: ⁊ ſic tribuimus honorē
debitum: vt non perdat equitas meritum.

¶ Dicebāt ergo quidā ex hieroſoly
mis. Nōne hic ē quē iudei querūt īter
ficere? Ecce palā loquit: ⁊ nihil ei di/
cūt. Nunquid vero cognouerūt prin
cipes quia hic eſt chriſtus? Sed hunc
ſcimus vnde ſit: chriſtus autem cū ve/
nerit nemo ſcit vnde ſit: Clamabat er
go ieſus in templo docens ⁊ dicēs: Et

me ſcitis: ⁊ vnde ſim ſcitis: ⁊ a meipſo non veni: ſed eſt verus qui miſit me: quē vos neſcitis. Ego ſcio eum. Et ſi dixero q̄ꝛ neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax: Sed ſcio eum: q̄ꝛ ab ipſo ſum ⁊ ipſe me miſit. Querebant ergo eum apprehēdere: ⁊ nemo miſit in illū manus quia nondū venerat hora eiꝰ. AVGV. Supra dictū eſt ꝙ dn̄s ideo velut occulte aſcēdit ad diē feſtū: non q̄ꝛ timebat ne teneretur: cui poteſtas erat vt non teneretur: ſed vt ſignificaret etiā in ipſo die feſto qui celebrabatur a iudeis ſe occultari ⁊ ſuum eſſe myſteriū: nunc āt apparet poteſtas q̄ putabatur timiditas. Loquebaꝛ enim palam in die feſto ita vt mirareꝛ turbe. vn̄ dr̄. Dicebāt ergo qui .ex hiero. Nōne hic ē quem iudei que interfi. Et ecce pa. loqui. ⁊ nihil ei dicunt. Nouerāt. n. qua ſeuitia querebaꝛ: mirabantur qua potētia n̄ tenebaꝛ. CHRY. Addit autē euangeliſta. Ex hiero. quoniam q̄ magis potiti erant ſignis: hi omnes erant miſerabiliores: qui deitatis eius ſignū vidētes maximū: oia iudicio corruptorum principū permittebant: an nō magnū ſignū inſanientes ⁊ querentes interficere: habere eum in manibus ⁊ repēte quieſcere. AVGV. Igitur nō plene intelligentes chriſti potentiā: putauerunt eſſe principiū ſcientiam ꝙ ei pepercerunt vnde ſubdunt. Nunquid vere cognouerūt principes quia hic eſt chriſtus? CHRY. Sed ipſi neq̄ꝫ principū ſequuntur ſententiā: ſed aliā proferunt corruptam ⁊ ꝓpria amētia dignā. vnde ſubdiꝛ. Sed hūc ſcimꝰ vnde ſit. Chriſtꝰ āt cū ve. ne. ſcit vnde ſit. AVGV. Hec opinio apud iudeos n̄ inaniter nata eſt: inuenimꝰ tamē ꝙ ſcripture dixerunt de chriſto quoniā nazareus vocabitur: ergo predixerūt vnde ſit. Iudei etiam dixerunt herodi querenti ꝙ chriſtus i bethleem iude naſcereꝛ: ⁊ teſtimoniū ēt propheticū attulerunt. vnde ergo nata eſt hec opinio apud iudeos: ꝙ chriſtus cū venerit nemo ſciat vnde ſit: niſi q̄ꝛ vtrūq̄ꝫ pronūciauerūt ſcripture ſm̄ hoiem predixerūt vnde eſſet: ſm̄ deū latebat impios ⁊ querebat pios. Hanc igitur opinionē in eis generauerat: quod per iſaiā dictū eſt: Generationē eius q̄s enarrabit. Deniq̄ꝫ dn̄s ad vtrūq̄ꝫ reſpondit: ⁊ q̄ꝛ nouerant eum vnde eſſet: ⁊ q̄ꝛ nō nouerant. vnde ſequitur: Clamabat ergo ieſus docēs in tē. lo ⁊ dicens: Et me ſcitis: ⁊ vnde ſim ſitis. hoc eſt dicere: ⁊ vnde ſim ſcitis: ⁊ vnde ſim neſcitis: vnde ſim ſcitis: ieſus a nazaret: cuiꝰ etiā parentes noſtis. Solus enim in hac cauſa latebat virginis partus: quo excepto totum nouerāt in ieſu: quod ad hominē pertinet. Recte ergo dixit: Et me noſtis: ⁊ vnde ſim ſcitis ſm̄ carnē ⁊ effigiē hois quā gerebat ſm̄ diuinitatem autem a meipſo nō veni: ſed eſt verus qui miſit me. CHRY. Per quod ea que in mente habebant reuelat: ac ſi diceret: Nō ſum de numero coꝝ qui ſine cā venerunt: ſed eſt verax qui miſit me: ⁊ ſi verax eſt in veritate miſit: ⁊ qui miſſus eſt: cōgruū eſt veracem eſſe. Rurſus autem ex proprijs ſermonibus eos capit. q̄ꝛ enim dicebāt: Cū venerit chriſtꝰ nullꝰ cognoſcit vn̄ ē: oſtendit ēt inde ſe chriſtū eſſe qm̄ a patre venit: quem ipſi neſciebāt. ⁊ iō ſubdit. Quē vos neſcitis. HYLA. vi. de tri. Nūquid aūt nō ois hō lꝫ i carne ex deo natꝰ ē ⁊ quō negat ab his vl' ſeipſum: vel vnde ipſe ſit ſciri: niſi id vnde eſt ad nature ſue referret auctorem? Nam id quod vnde ſit ignoratur: naturā ex qua ē dū vnde ſit neſcitur oſtendit. Ignorari eni vn̄ ſit: nō pōt q̄q̄d ſubſiſtit ex nihilo: q̄ꝛ hoc ipm̄ qđ nō ignoraꝛ ex nihilo ignorationeꝫ eiꝰ vnde ſit nō habet. Ob hoc āt quid ſit ipſe neſcitur: dū ignoratur a quo ſit. non enim confiteꝛ filium qui negat natum. nec natum intelligit qui putabit eum eſſe ex nihilo. CHRY. Vel ignorantiam hic dicit que eſt ꝑ opera: ſicut paulus ait. Confitentur ſe noſſe deum: factis autē negāt. Dupliciter autē eos redarguit. Et primū quidē que occulte loquebantur: hec in mediū inducit: clamans vt eos verecūdari faciat. AVGV. Deniq̄ꝫ vt oſtēderet eis vnde poſſet ſcire ſubiecit. Ego ſcio eum ergo a me querite vt ſciatis eum. Patrem enim non cognoſcit niſi filius ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et ſi dixero q̄ꝛ neſcio eum ero ſimilis vobis mendax. CHRY. Quod eſt impoſſibile quia enim verax eſt q̄ miſit. congruum eſt ⁊ eum quiꝰ miſſus ē veracem eſſe. vbiq̄ꝫ autem cognitionem patris ſoli ſibi attribuit: quia a patre eſt. vnde ſequitur: Et ego ſcio eum quia ab ipſo ſum.

HYLA. vi. de tri. Quero aūt vtruz id qđ
ab eo op⁹ ē: i eo creatiōis aut naturā genera
tionis ostendat. Si opus in eo creationis ē:
vniuersa quoqꝫ que creantur a deo sunt: ꝛ q̄
modo patrem non vniuersa nouerunt: cum
filius eum iccirco qꝛ ab eo ē non nesciat? Si
vero iccirco ei qꝛ ab eo sit eum nosse sit pro-
prium: quomodo. non hoc ei qui ab eo ē erit
proprium scilicet vt verus fili⁹ ex natura dei
sit? Habes igitur proprietatem cognitionis
de proprietate generationis tamen ne for-
te id quod ab eo est: aduentus sui tempus
heresis inuaderet continuo subiecit: Et ipse
me misit. Tenuit ordinē euangelici sacramē
ti: natuz se professus ꝛ missum. AVGV.
Ab ipso inquit sum: qꝛ filius de patre: ꝙ au
tez videtis me in carne ipse me misit: vbi no
li intelligere nature dissimilitudinē: sed gene
rantis auctoritatē. CHRY. Irritauerunt
autem iudeos ea que dicebantur: propter h
quod dixerat: Quē vos nescitis: qꝛ simula-
bant se scire. vnde sequitur. Querebant er-
go eum apprehendere ꝛ nemo misit in eum
manus. Vide furorem eoruz inuisibiliter re
frenatum: Euangelista vero human⁹ ꝛ hu-
milius loqui volēs: vt ex hoc christus homo
putaretur: non dixit ꝙ eos inuisibiliter deti-
nuit: sed subiecit: Quia nondum venerat ho
ra eius. AVGV. Hoc est qꝛ nolebat. nō
enim dn̄s sub fato natus est: hoc nec ꝺ te cre
dendum est: quātomagis de illo: per quē fa-
ctus es: si tua hora voluntas est illi⁹: illi⁹ ho
ra que est nisi voluntas sua? Nō ergo horaz
dixit qua cogeretur mori: sed qua dignare-
tur occidi.

¶ De turba autem multi credide-
runt in eum.

AVGV. Humiles ꝛ pauperes saluos fa
ciebat dominus. Unde dicit. De turba au-
tem. mul. cre. in eum. Turba enim que suaz
egritudinem cito vidi. etiam illius medicinā
sine dilatione cognouit. CHRY. Verū-
tamen neqꝫ in his erat sana fides. sed more
multitudinis vulgaria loquebantur.

¶ Feria. iiij. Joānis. ix. ca.

PReteriēs iesus vidit ho-
minem cecum a natiuita-
te: ꝛ interrogauerunt euz
discipuli eius. Rabbi: qs
peccauit hic aut parentes eius vt cec⁹
nasceretur? Respondit iesus: neqꝫ hic
peccauit: neqꝫ parentes eius: sꝫ vt mā-
festētur opera dei i illo. Me oportet
operari opa eius qui misit me donec
dies est. Uenit nox quando nemo po
test operari. Quādiu sum in mundo:
lux sum mundi. Hec cum dixisset ex-
puit in terram ꝛ fecit lutum ex sputo ꝛ
liniuit lutum super oculos eius ꝛ di-
xit ei: Uade ꝛ laua in natatoria syloe:
quod interpretatur missus. Abijt er-
go ꝛ lauit: ꝛ venit videns.

CHRY. Quia iudei sermonuz christi al
titudinem non susceperant: exiens de tēplo
curauit cecum: sui absentia eorum furorē mi
tigans: ꝛ per operationem signi: eorum duri
tiam molliens: ꝛ de his que dicta sunt a se fa
ciens fidem. vnde dicitur prete. ie. vi. ho. ce.
a nati. Ubi cōsiderandum ꝙ egrediens de
templo studiose venit ad opus sui manifesta
tiuum. ipse enim vidit cecum: non cecus ad
eum accessit. Et ita studiose respexit vt disci
puli eius videntes eum studiose aspicientem
interrogarent. Sequitur enim: Et inter. euz
disci. eius: Rabbi quis pec. hic an parentes
eius: vt cecus nasceretur? AVGV. Rab
bi magister est. Magistrum appellant: quia
discere cupiebant. questionem quippe ꝓpo
suerant domino tāqꝫ magistro. THEO-
PHI. Videtur tamen hec questio peccare:
neqꝫ enim susceperant apostoli nugas gen-
tilium: quoniā anima in alio seculo viuens
peccauit. sed diligenter intuenti non appa-
ret simplex hec questio. CHRY. Uene-
runt enim ad hanc interrogationem: qꝛ pri⁹
supra paralyticum curans dixit: Ecce san⁹ fac
tus es: non vltra pecces. Illi igitur cogitan-
tes quia propter peccata fuerat ille peralysi
resolutus: querunt de isto: Si h peccauit. qđ
non est dicere: a natiuitate enim cec⁹ ē. Aut
parentes eius. sed neqꝫ hoc. filius enim pro
patre non sustinet penaz. Sequitur: Respō
dit ie. Neqꝫ hic peccauit: neqꝫ parentes ei⁹.
AVGV. Nunquid vel ipse sine origina
li peccato natus erat: vel viuendo nihil ad-
diderat? Habebant ergo peccatum ꝛ ipse ꝛ
parentes eius: sed non ipso peccato factum

eſt vt cecus naſceretur. Ipſe autem cauſā di
cit quare cecus ſit natus cum ſubdit: Sed vt
manifeſtarentur opera dei ī illo. CHRY.
Non autem ex hoc oſtendit ꝙ alij ceci facti
ſunt propter peccata parentum. Neqꝫ enim
contingit vno peccante alium puniri. quod
autem dicit. Vt manifeſtetur gloria dei: ď ſe
ipſo dicit non de patre. Illius enim gloria iā
manifeſta erat: ſed nunquid iſte iniuſta paſ/
ſus eſt? Sed ego eum beneficium accepiſſe
dico per cecitatem. per hanc enim interiori/
bus reſpexit oculis. Qui vero ex non ente
ad eſſe eum deduxit poteſtatem habebat abſ/
qꝫ iniuria ⁊ ita eum dimittere. Dicūt aūt qui
dam quoniam vt: hic non eſt cauſatiuū: ſed
ſignificat euentum: ſicut ⁊ illud: Lex ſubin/
trauit vt abundaret delictum. ſic ⁊ hoc conſe
cutum eſt vt dn̄s oculos clauſos aperiens: ⁊
alia naturalis infirmitatis nocumenta corri/
gens: ſuam demonſtrauit virtutē. GRE/
GO. i. mo. Alia itaqꝫ ē percuſſio qua pec/
cator percutitur vt ſine retractatione puniaꝛ:
alia qua peccator percutitur: vt corrigaꝛ: alia
qua quiſqꝫ percutitur: non vt preterita corri
gat: ſed ne ventura cōmittat: alia per quam
nec preterita culpa corrigitur: nec futura pro
hibetur: Sed dū inopinata ſalus percuſſio/
nem ſequitur: ſaluantis virtus cognita ardē
tius amatur. CHRY. Et qꝛ de ſeipſo di
xit: Vt manifeſtetur gloria dei: ſubiungit:
Me oportet operari opera eius qui miſit me
ideſt me oportet manifeſtare meipſum ⁊ fa/
cere ea que manifeſtant me patri eadem fa/
cientem. BEDA. Cum enim filius ſe ope
rari opera patris aſſerit: ſua ⁊ patris opera
eadem eſſe monſtrauit. que ſunt infirma ſal/
uare: debilia roborare: homines illuminare.
AVGV. Per hoc aūt ꝙ dicit: Qui miſit
me: vniuerſam gloriā dat illi de quo ē: qꝛ ille
habet filiū q de illo ſit: ipſe nō habet de q̄ ſit.
CHRY. Addit aūt: Donec dies eſt. i. do
nec licet credere hominibus in me: donec vita
hec conſiſtit oportet me operari. Et hoc oſtē
dit ſubdens. Venit nox quando nemo pōt
operari. Nox dicta eſt ſm illud. Proijcite
eum ī tenebras exteriores: Ibi ergo erit nox
vbi nemo poteſt operari: ſed recipere qd̄ ope
ratus ē. Cū viuis fac: ſiquid facturus es.
CHRY. Vltra enim neqꝫ fides eſt: neqꝫ
labores: neqꝫ penitentia. AVGV. Si au
tem modo operamur: h̄ eſt dies: hic eſt chri/
ſtus. vnde ſubdidit: Quādiu ſum in mūdo:
lux ſum mūdi. Ecce ipſe eſt dies. Dies iſte
qui circuitu ſolis impletur: paucas horas ha
bet. Dies preſentie chriſti vſqꝫ ī cōſumatio
nē ſeculi extendetur. Ipſe enim dixit: Ecce
ego vobiſcū ſum vſqꝫ in cōſummationē ſecu/
li. CHRY. Quia vero ſermonē quē dixe
rat per opera credi fecit: ſubiungit euangeli/
ſta: Hec cum dixiſ. expu. in ter. ⁊ fecit lu. ex
ſpu. ⁊ li. ſu. ocu. ceci. Qui aūt maiores ſub
ſtantias de nihilo ad eſſe produxit: multoma
gis oculos ſine materia feciſſet: Sed voluit
docere ſeipſum eſſe creatorē qui in principio
vſus eſt luto ad hominis formationem. Iō
aūt nō aqua vtitur ad lutum faciendum ſed
ſputo vt nihil aſcribatur fōti: ſꝫ diſcas: quo
niam virtus oris eius oculos aperuit ⁊ plaſ/
mauit: ⁊ deinde vt non videatur eis ex vir/
tute terre eſſe curatio iuſſit lauari. vnde ſeq/
tur: Et dixit ei: vade ⁊ laua in nata. ſy. qd̄ i/
terpre. miſſus: vt diſcas quoniā nō indigeo
luto ad faciēdos oculos. Et qꝛ in ſyloe erat
virtus chriſti: que oīa operabatur: propter
hoc ⁊ interpretationē nobis euangeliſta adie
cit dicens: Quod īterpretaꝛ miſſus. vt diſcat
qm̄ ⁊ illic chriſtꝰ eū curauit. Sicut. n. apl'us
dicit ꝙ petra erat chriſtus: ita ⁊ ſyloe ſpiritua
lis erat: cuiꝰ repētinꝰ aque defluxus occulte
inſinuat nobis chriſti manifeſtationē preter
oēm ſpē. Sꝫ q̄re nō ſtatī eū fecit lauari: ſꝫ ad
ſyloe miſit? vt deſtruatur iudeoꝝ indeuotio.
Cōueniēs eni erat oēs eū videre euntem ⁊
lutū ſup oculos habētē. Et ēt volēs oſtēde/
re qm̄ nō alienus eſt a lege ⁊ veteri teſtamē/
to: mittit eū ad ſyloe. nō aūt erat timēdū ne ſy/
loe ſumeret hāc gloriā. multi eniꝫ lauantes
ibi oculos: nullo tali beneficio ſunt potiti. Et
iterum vt diſcas ceci fidem qui non contra/
dixit: neqꝫ cogitauit apud ſeipſum. Lutū ſo
let magis excecare. multotiens laui in ſyloe:
⁊ in nullo ſum adiutus: ſiquā virtutem ha/
beret: preſens vtiqꝫ curaſſet: ſed ſimpliciter
obediuit. vnde ſequitur: Abijt ergo ⁊ la. ⁊
ve. videns. Sic igitur manifeſtauit ſuā glo/
riā: nō enim parua gloria eſt vt eſtimetur au
ctor creationis. Ea enim que de maiori eſt fi
des: quod minus eſt certificat in vniuerſa au
tem creatione honorabilior eſt homo. Eoꝝ
autem que in nobis ſunt mēbrorum: bono/

rabilior eſt oculus: hꝫ enim corpus gubernat
ꝫ ornat viſum. Et quod ſol eſt in orbe terra/
rum: hoc eſt oculus in corpore. vnde ſuperi/
orem locum ſortitur ſicut in quodam regali
loco collocatus. THEOPHI. Quidam
tamen dicunt: qꝛ lutum non fuit depoſitum:
ſed in oculos eſt conuerſuꝫ. BEDA. My
ſtice autem poſtq̄ꝫ expulſus eſt de cordibus
iudeorum: mox tranſiuit ad gentilium popu
lum. Preterire autem eius vel iter facere: ē
de celis in terram deſcendere. Itaqꝫ videt ce
cum. cum miſericorditer reſpexit genus hu/
manum. AVGV. Genꝰ. n. humanū eſt
iſte cecus. hec enim cecitas contingit in pri/
mo homine per peccatum: de quo oēs origi
nem duximus. cecꝰ eſt ꝗ a natiuitate. Spuit
dominus in terram: de ſaliua ſua lutum fe/
cit: quia verbum caro factum eſt: ⁊ inunxit
oculos ceci. Inunctus erat ⁊ nondum vide
bat. quando enim inunxit: forte eum cathecu
minum fecit. Mittit illum ad piſcinam que
vocatur ſyloe: qꝛ baptizatus eſt in chriſto ⁊
tunc eum illuminauit. Pertinuit autem ad
euangeliſtam vt cōmēdaret nobis nomē hu
ius piſcine. ⁊ ait: Qđ interpretatur miſſus
Niſi enim ille fuiſſet miſſus: nemo noſtrum
eſſet ab iniquitate dimiſſus. GREGO.
xviij. mo. Vel aliter: Per ſaliuā ſapor inti/
me contemplationis accipitur: que ad os a
capite defluit: qꝛ de claritate conditoris ad/
huc in hac vita nos poſitos guſtu reuelatio/
nis tangit. vnde dominus ſaliuam luto mi/
ſcuit: ⁊ ceci nati oculos reparauit: qꝛ ſuper/
na gratia carnalem cogitationem noſtram ꝑ
admixtionem ſue contemplationis irradiat:
⁊ ab originali cecitate hominem ad intellec/
tū reformat.

¶ Itaqꝫ vicini ⁊ qui viderant eum
prius quia mendicus erat dicebant:
Nonne hic eſt qui ſedebat ⁊ mendica
bat? Alij dicebant quia hic eſt: alij au/
tem nequaq̄ꝫ: ſed ſimilis eſt eius. Ille
vero dicebat quia ego ſum. Dicebant
ergo ei: Quomodo aperti ſūt tibi ocu
li? Reſpondit: Ille homo qui dicitur
ieſus lutum fecit: ⁊ vnxit oculos meos
⁊ dixit mihi: Vade ad natatoria ſyloe
Et laua. Et abij ⁊ laui: ⁊ video. Et
dixerunt ei: Ubi eſt ille? Ait: neſcio.
Adducunt eum ad phariſeos qui ce/
cus fuerat: Erat autem ſabbatū quā
do lutum fecit ieſus: ⁊ aperuit oculos
eius. Iterum ergo interrogabant eū
phariſei quomodo vidiſſet. Ille au/
tem dixit eis. Lutum mihi poſuit ſu/
per oculos ⁊ laui ⁊ video: Dicebant
ergo ex phariſeis quidam: Non ē hic
homo a deo qui ſabbatum non cuſto/
dit. Alij autem dicebant: Quomodo
pōt hō peccator hec ſigna facere? Et
ſciſma erat inter eos. Dicunt ergo ce
co iterum: Tu quid dicis de illo qui
aperuit oculos tuos? Ille autē dixit:
Quia propheta eſt.

CHRY. Inopinabilitas facti miraculi i
credulitatem inducebat. ⁊ ideo dicit: Itaqꝫ
vicini ⁊ qui viderant eum prius quia men/
dicus erat dicebant: Nonne hic eſt qui ſede/
bat ⁊ mendicabat? Mirabilis dei clemētia
quo deſcēdebat? Eos qui mendicabant cum
multa deuotione curabat: ⁊ hinc iudeorum
os obſtruens quoniam non preclaros: non
inſignes: neqꝫ principes: ſed ignobiles ſua
dignos ducebat prouidentia. etenim in ſalu/
te omnium venerat. Sequitur: Alij dicebāt
qꝛ hic eſt. Ceco enim per longam viam eun
te diligentes inſpectores facti ex inopinabili
tate eius quod viderant: non vltra poterant
dicere: Non eſt hic. Sequitur: Alij autem
nequaq̄ꝫ: ſed ſimilis eius eſt. AVGV.
Aperti enim oculi vultum mutauerant. Se
quitur: Ille autem dicebat quia ego ſum. Vox
grata ne damnetur ingrata. CHRY. Nō
enim verecundatus eſt de priori cecitate: ne
qꝫ formidauit furorē plebis neqꝫ renuit oſtē
dere ſeipſū: vt predicet benefactoreꝫ. Sequi
tur: Dicebant ergo ei: quomodo aperti ſunt
oculi tui. Nunc modum neqꝫ nos ſcimus
neqꝫ ipſe qui curatus eſt nouit: ſed quod qui
dem factum eſt nouerat: modū aūt cōphēde